




ZASIUS, ULRICH

**Udalrici Zasii iureconsulti
et oratoris clarissimi in M.
T. Ciceronis Rheticam ad
Herennium Enarratio**

Nunc primum in lucem edita, una cum
rerum ac uerborum tota hac Enarratione
memorabilium copiosissimo Indice

Basel
1537

books2ebooks – Millions of books just a mouse click away!



European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook. Pay online with a credit card of your choice and build up your personal digital library!

What is an EOD eBook?

An EOD eBook is a digitised book delivered in the form of a PDF file. In the advanced version, the file contains the image of the scanned original book as well as the automatically recognised full text. Of course marks, notations and other notes in the margins present in the original volume will also appear in this file.

How to order an EOD eBook?



Wherever you see this button, you can order eBooks directly from the online catalogue of a library. Just search the catalogue and select the book you need.

A user friendly interface will guide you through the ordering process. You will receive a confirmation e-mail and you will be able to track your order at your personal tracing site.

How to buy an EOD eBook?

Once the book has been digitised and is ready for downloading you will have several payment options. The most convenient option is to use your credit card and pay via a secure transaction mode. After your payment has been received, you will be able to download the eBook.

Standard EOD eBook – How to use

You receive one single file in the form of a PDF file. You can browse, print and build up your own collection in a convenient manner.

Print

Print out the whole book or only some pages.

Browse

Use the PDF reader and enjoy browsing and zooming with your standard day-to-day-software. There is no need to install other software.


Build up your own collection

The whole book is comprised in one file. Take the book with you on your portable device and build up your personal digital library.

Advanced EOD eBook - How to use

Search & Find

Print out the whole book or only some pages.



With the in-built search feature of your PDF reader, you can browse the book for individual words or part of a word.

Use the binocular symbol in the toolbar or the keyboard shortcut (Ctrl+F) to search for a certain word. "Habsburg" is being searched for in this example. The finding is highlighted.

Copy & Paste Text



Click on the “Select Tool” in the toolbar and select all the text you want to copy within the PDF file. Then open your word processor and paste the copied text there e.g. in Microsoft Word, click on the Edit menu or use the keyboard shortcut (Ctrl+V) in order to Paste the text into your document.

Copy & Paste Images



If you want to copy and paste an image, use the “Snapshot Tool” from the toolbar menu and paste the picture into the designated programme (e.g. word processor or an image processing programme).

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions. EOD provides access to digitized documents strictly for personal, non-commercial purposes.

Terms and Conditions in English: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/en/agb.html>

Terms and Conditions in German: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/de/agb.html>

More eBooks

More eBooks are available at <http://books2ebooks.eu>

Universitätsbibliothek Wien


I

184.512



Universitäts-Bibliothek Wien

I 184512 A



I

184.512

S. Gregorij Epistole

V DAL RICI
ZASII IVRECONSVL
TI ET ORATORIS CLARISSIMI
in m. t. Ciceronis Rheticam ad
Herennium Enarratio, nunc
primum in lucem
edita.

V N A C V N

Rerum ac uerborum tota hac Enarratione memo
rabilium copiosissimo Indice.

B A S I L E A E
1 5 3 7.

liber prohibito 2 clas.

C. 1584. 2. 1618.

V DALRICI ZASII IV
EIS CONSULTI IN RHETORI-
cam M. T. Ciceronis ad He-
rennium Præfatio.



VAMVIS satis ipse uideam, Spe-
statissimi auditores, in quæ me' perū
cula cōieceritis, qui id à me laboris
uel reluctante, extorsistis tamen,
ut in Rhetoricis præceptis elucidandis adessem. Si-
quidem cum Iuribus iam olim nomina dederim, atq;
adèò in politioribus literis, ut adsolet nostra profes-
sio, non sum admodum uersatus: & alioqui modica
sit eruditio: uires meas sublimibus his studijs impa-
res esse, non sum nescius. sed recreat me tamen spes
de uobis concepta. Qui enim selectiori quadam fide
in me estis inclinati, eadem quoque benignitate te-
nuis meas prælectiunculas excepturos esse nō dif-
fido: ut sic quod ingenij penuria non adsequitur, a-
mor mei sarciat. quod & necessarium esse intelligo.
Rari enim inuenirentur, qui in his studijs, quæ sum-
ma sunt, & ex pari difficultia, docendi prouinciam
subirent, nisi beneuolis auditorum animis adiuuaren-
tur. Summa autem istæc esse studia non immerito di

ximus. Eloquentia etenim, si compluria alia oratione
menta præteriero, hoc insigne, hoc præcipuum habet, ut hominem faciat quam maxime hominem id
est, ad assem formet. Novimus pro Aristotelis, Ci-
ceronis, Fabij, & Lactantij sententia, hominem so-
laratione non admodum discerni a brutis, si desit
sermo: utpote quod nonnulla in his uidere leat,
quaे quadam uelut ratione conficiantur. matri e-
nī cubilia, nidos texere, educare foētum, in dimen-
tis colligendis uti prouidentia, conuentus facere, ini-
re societatem, agmine iungi tanquā fœderibus, insi-
dias struere, & si quaे alia similia in his deprehendendas:
quomodo nō rationē, uel rationis certe uestigia
coarguerent? Proinde solus sermo, qui in his defi-
cit, nobis quam maxime proprius est, crasso parie-
te utraq; genera disperat, ut ita consequens sit, ser-
mone fieri, ut quo sit is purior & elegantior in ho-
mine, eo uirum disertum cæteris hominum ordinibus
esse præstantiorem. Accedant incomparabilia
comoda, fructus multo uberrimi, qui ex honesto eloquentiae usu percipiuntur. Rerum enim publicarum & statum & uigorem nemo utilius, nemo me-
ius souabit, producet, conseruabit, quam uir bonus

P R A E F A T I O.

Eloquens. Is patriam legibus fundat, tutatur consilijs, lites dirimit, populares tumultus placat, virtutibus ornat ciuitatem: & omnino ad quascunq; res honestas, ciues præstantibus suis sententijs permouet: ut ita ciuilis hominū societas, pace, concordia, legibus, ordine, eloquentiæ præsidio sustineatur. Est omnino admirabilis eloquentiæ uis, animos hominum instar torrentis rapit, ducitq; quò libitum est, et reducit: ut non iniuria Philosophus, invicto exercitus duci eam comparauerit: eoq; nomine quam maxime celebrauerit, si sit cum sapientia coiuncta. Pericles, cum concionaretur, fulgurare, tonare uisus est. Cæcus ille Appius, cæterum senex & inuolidus, dicendi uiribus, Pyrrhū regem à fœdere, quod tantum non percussum erat, repulit. Cicero, summus ille eloquentiæ princeps, legis Agrariæ iniquitatem fregit ita, ut eam ex animis popularium, quæ tamen eis fixius insederat, potenter eruerit: Res, quæ inter eloquentiæ miracula numerari digna sit. Dies me deficeret, si unius in dicēdo Ciceronis uires enarrauero. Sensit eas Hortēsius, cum Ciceronē orante uelut attonitus obmutuisset. Sensit Curio, quamlibet præstantissimus orator, quum uene-

V D A L . Z A S I F

no ei erexitam memoriam esse quereretur. Sensere
iudices in causa Cluentij, quo loco Cicero tene-
bras eis ob oculos offusisse gloriatus est. Hæ inui-
tæ vires, Cæsarem orbis dominum expugnarunt,
cum Ligarium Cicero à damnationis iam destinatæ
calculo eripuissest. Video qualis mihi laudandæ hu-
ijs celeberrimæ artis sylua occurrat, quæ pace,
quæ bello nunquā non fuit potentissima, quæ non
solum in re ciuili dominetur, sed etiā omnibus disci-
plinis splendorem, lumenq; & adfert, si adsit: & si
desit, adimit. Dicerem hic, qua commoditate, qua
facilitate, qua ueritate in omnibus disciplinis uersa-
ri disertus professor possit: è diuerso infantes præce-
ptores quo frigore iaceat, et fastidiantur. Sed nō est
mei iam instituti, diutius hoc uersari in genere. In le-
ctionum forte processu hæc, & similia, prout com-
modum fuerit, tractabuntur. Iure igitur mihi fecis-
se uidemini, Optimi adolescentes, qui noluistis com-
mittere, ut cum cætera uel diuinæ uel humanae Phi-
losophiæ studia in laudata hac Academia florerent,
hæc tam elegantia Rhetorices præcepta uel iacere,
uel latèrē uiderentur. Quod tamen non ideo dico, ut
ea per me eructum iri putem: absit à me ista impro-

P R A E F A T I O :

uidentiae ostentatio. nec enim tam sum à sensu alienus, qui non perpenderim, ferre quid ualeant humeri. Hoc ago, hoc meditor, hac una docendi munus ratione ingredior, ut campum aperiam, ut uiam initij sternam. his enim adsequutis, spero fore, ut priuato deinde studio, assidua exercitatione, ultro in penitiora eius artis adyta penetrare liceat. Non enim nisi per initia (teste Fabio) ad rerum fastigia peruenitur: ut fortasse non omnino nihil fecisse uidear, si istae principia fideliter tradidero. Evidem ea in re nulli nec labori nec diligentiae parcam: uerberq; in prælectionibus meis ita integrè, ut si non eruditionem, fidem tamen commendaturi sitis.

D I X I.

6
V D A L R I C Y Z A S I I E P I T A-
phium, per DES. ERASMVM
Roterodamum.

Siccine mors crudelis, & inuida, præripis orbi
Ulrichum Zasium, decus admirabile Iuris
Cæsarei simul & sacri, (paucissima dixi)
Imo doctrinæ totius, & artis honestæ
Thesaurum, ac mundum locupletem : cuius ab ore
Manabat sermo uel melle suauior omni.
Quid nunc collaudem summum pietatis amorem,
Et mentem cœlo dignam? quo iam illa soluta
Corporis inuolucris fruitur, sine fine beata.
Quod superest, te compello studioſa iuuentus,
Tandem pone modum lachrymis, iustoq; dolori.
Vocis adempta tibi Zasianæ copia : uerum
Extant ingenij monumenta perennia. quæ si
Aſſidue manibusq; teras, oculisq; frequentes,
Spirat in his, loquiturq; uiri pars optima semper.

VDALRICI ZASII
ORATORIS ET IVRECON
sulti Clariß. in M.T.Ciceronis Rethori-
cen ad Herennium, Commentaria.

PROOEMIVM.



H E T O R I C E N Græci nomi-
nant, quam ex Latinis nonnulli O-

Rhetorica
quid.

ratoriam, uel Oratricem: Cicero artificiosam eloquentiam interpretatur. Nomen tamen mansit Rhetori-
cæ: quam si bene dicendis scientiam

definies, non errabis forte. Definies autē rhetoricè, non dialecticè: de quo postea latius. Circa quam disceptarunt maiores nostri, ars ne esset, deinde, an natura potius cōstaret, quam arte: porrò etiā, an ars utilis sit: item, que sit materia, qui finis. Quæ omnia cum Fabius fuse' tra-
ctet, nos uelut digito indicabimus.

20 Primo omniū, Rhetoricen artem esse, nemo iustè ne-
gat: licet multi negarint. Nam et facultatem dicendi in Rhetorica
struit, armat, munit: et dat ordinem ex præceptis, quod ars.
artis esse Cleanthes docuit. Iam et si Dialectice ars est, Rhetorica
erit etiam Rhetorice: quarum altera ab altera non alio à dialectica
nomine differt, quam manus hinc compressa, illinc ex-
tentia, dicēte Zenone. Propterea D. Hieronym. ad He-

a liod.

UDAL. ZASII COMMENT.

Uiod.scribens, latos Rhetoricæ campos nominat: et Dialecticorum tendiculas, hoc est, captiunculas, uel insidias, ut Eras.interpretatur. Deniq; ueri & falsi sermonis rationem inuestigat Dialectice: inuenta ad usum ciuilē, applicat Rhetorice. Nec ad rem pertinet, quod illiterati & idiotæ aliquando rhetorizant: hoc enim & aliarum siue artium, siue scientiarum est. nam nihil est in arte, quod non prius fuerit in natura. Effusas autem, & sine ordine euagationes, ars præceptis coercet ordinatis. Nec porrò obstat, quod Rhetorice contrarijs præceptis sese collidere dicatur. hoc enim non est uerum. Siquidem causa cū causa (ut dicit Fabius) colliditur: Rhetorica in se uniformis manet, armans accusatore, armans & reum, ad suam utrung; causam. Quod uero putant nonnulli, Rheticam ad falsa niti, Fabius frigide defendit. admittit enim, mendacio posse uti, si res sit ex bono publico: et ita metitur, uirum bonum, dicendi peritum, qui est Orator. Nos omnino negamus, Rheticen ad falsa niti. de ea loquimur, quæ est sapientiae cōiuncta, ex mente Arist. in Rhet. & Cicer.lib.de Inuent. 1. Quapropter Orator si uir bonus est, nihil aget, nihil defendet, nihil consultabit, nec laudabit, nec uituperabit, nisi id sit ex ueritate, Nec mea præcepta in aliū scopū tendūt: id quod iam expressè testatū relinquimus. sic enim docebimus ex Christiana pietate. Hæc certe admiserim, quæ uera sunt, uel quæ nobis ex fide uera uidetur, posse ornari, ut ueriora uideantur.

Rhetorica
sibi non re-
pugnat.

Orator uir
bonus. Rheticam ad falsa niti, Fabius frigide defendit. admittit enim, mendacio posse uti, si res sit ex bono publico: et ita metitur, uirum bonum, dicendi peritum, qui est Orator. Nos omnino negamus, Rheticen ad falsa niti. de ea loquimur, quæ est sapientiae cōiuncta, ex mente Arist.

in Rhet. & Cicer.lib.de Inuent. 1. Quapropter Orator si uir bonus est, nihil aget, nihil defendet, nihil consultabit, nec laudabit, nec uituperabit, nisi id sit ex ueritate, Nec mea præcepta in aliū scopū tendūt: id quod iam expressè testatū relinquimus. sic enim docebimus ex Christiana pietate. Hæc certe admiserim, quæ uera sunt, uel quæ nobis ex fide uera uidetur, posse ornari, ut ueriora uideantur.

IN RHETOR. AD HEREN. 3

uidetur, & moueatur auditor. deniq; & simulare, &
simulari aliquando posse, nō negauerim: dum sine frau-
de fiat. quod & D. Hieron. admisit, adducto exemplo de
Iehu sacerdote, qui simulabat se colere Baal idolum, ut
cōgregatos eius dæmonis sacerdotes cōbureret. 4. Reg.
cap. 10. & in C. Vtinā. 22. quæst. 2. Hactenus oratori la-
xamus habendas. Sed an natura magis quam arte Rhe-
torica constet, Fab. lib. 2. cap. 20. tractat. Ut uerbo dicā:
natura artem adiuuat, ars naturam instruit: ut si utraq;
concurrant, consummatus fiat Orator: sic tamen, ut arti
palma detur, licet natura potiora ferat. Horum ex nu-
mero suere Cicerones, Hortensij: & hodie, Erasmi, ac
Hutteni. Alterum si altero careat, exarmata est dicendi
facultas? Si tamen alterutro carendum sit, naturam ma-
lim in homine, quam artē sine natura. Hoc modico uer-
su Horatius complexus est:

Ars' ne po-
tior quam
natura.

Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæsum est: ego nec studium sine diuite uena,
Nec rude quid profit video ingenium: alterius sic

20 Altera poscit opem res, & coniurat amice.

Vtilis autem ne sit Rhetorice, superuacuo uel queri-
tur, uel disceptatur. Licet Fabius lib. 2. cap. 12. hoc dif-
fuse agat. Eius enim utilitas omnibus est manifesta: et est
probabile ex sententia Ciceronis, in lib. de Inuent. agre-
stem primo populum in ciuitatis conuentum, non nisi
uiro eloquente permotum fuisse. Iam & quotidie expe-

3
Rhetorica
utilis' ne.

4 2 rimur,

4 V D A L . Z A S I I C O M M E N T .

rimur, quæ bona, quæ commoda sui præstet ars differen-
di, siue consultandum, siue docendum, siue litigandum
sit. Cæterum quod nonnulli hanc artem criminantur,
quasi sit rerump. pernicies, exemplo Gracchorū & Ca-
tilinæ: non est artis, sed criminis.

4 De materia porrò
Materia Rhetoricae. Rhetorices uariarūt autores. Noueris autem, de eanōs
loqui Rhetorica, quæ circa ciuilia uersatur: non de ea di-
cendi facultate, per quam de quacunq; re splendide dici
potest. Vnde materiam, seu subiectum huius artis, nego-
cia ciuilia dicimus. Alij, ut D. August. post maiores, ciui-
lem quæstionem: quod parum refert. Licet Fabius aliter:
qui putat omnes res quæ ab homine tractantur, esse ma-
teriam, seu subiectū Rhetoricae, sed sensit de ea Rhetori-
ca, quæ (ut paulo ante docuimus) circa omnes res ornā-
das uersari potest.

Finis Rhet. Finis autē Rhetoricae est, ut Her-
magoræ, Augustini, & Fabij sententiā iungamus, bene
dicere ad suadendum, quatenus rerum conditio patitur.
Nam si Rhetorice est bene dicendi scientia, eius finis erit
benè dicere, per locum à coniugatis. Nec audiendos pu-
to, qui ex Fabij sententia, persuadere finem posuerunt. 20
hoc enim & lenones possunt, & sæpen numero meretri-
cula efficit. Tandem quia diximus, Rhetoricen uersari
circa ciuilia negotia, circa ciuilem quæstionem, ne per
ignota procedamus, modica quædā nobis circa ciuilem
quæstionem sunt inuestiganda. Est aut̄ quæstio (si Boë-
tio credimus) dubitabilis propositio. Tu uide, sit ne haec
definitio

definitio sufficiens. nam et multæ sunt propositiones dubitabiles, de quibus tamen nihil quæritur: ut cū dicimus, Solū sapientē esse diuitē, Dolorē nō esse malū, & si quæ aliae sunt apud Stoicos propositiones paradoxæ. Vnde definiunt nonnulli Questionem inquirendæ rei dubitabilem propositionē; quæ nec ipsa definitio uidetur posse subsistere. Nam sæpe de propositione inquiritur, non quod sit dubia, sed tentandi hominis gratia: quod est tertium disceptationis genus apud Philosophum, primo E-

10 lencch. sic Eras. in Schol. super Hiero. Vnde Agricola lib.

2. Questionē dicit esse, elatam cum interrogatione orationem. Ciuilis autem dicitur, quia omnia quæ ciuitatis sunt, uersat. Est autē duplex ciuilis questio. D. August. putat, ciuilem questionem esse eorum, quæ communi animi conceptione perspici possunt: & quæ nō sunt propriae paucorum, sed communes uniuersorum, quas prorsus nescire pudoris sit: ut, Sit' ne aliquid iustum uel iniustum, utile an non utile, &c. hactenus August. Haud dissimiliter Sulpitius Victor, ciuilem questionē dicit, quæ

20 nullius artis sit propria, sed quæ communi omnium opinionie ueretur: argumēto sumpto à Iure ciuili, quod inter ciues ueratum, in omnium passim opinionem cadat. Neminem enim esse, uel imperitissimum, qui ignorantiam prætendat, de his rebus que in disputatione uerantur, aut in iudicijs: ut cum quæritur, Sit' ne aliquid iustum uel iniustum. Ita possunt esse uera, si confusam rerū co-

6 V DAL. ZASII COMMENT.

gnitionē receperimus: quod & D. Aug. uoluit, qui modestius loquitur. Sed distinctas rerum ciuiliū habere notiones (quod Sulpitius posuit) non plurium esse puto, sed paucorum. Nam Labeo Iurisconsultus dicit, raro accipi quod ex sua quispiam prudentia facile sciat, quae Iuris sint. l. In omni. ff. de me. & fact. igno. et (ut Trebatius Iureconsul.) circa factorum ciuilium interpretationem etiam prudentissimos errare. His igitur Græcorum argutijs dimissis, quae & Cicero nō uno in loco improbat, Fabium sequamur: qui ciuilibus negotijs et actibus, siue constent ex scripto, siue ex non scripto, ciuilem quæstionem cōcludit. Duplex est igitur ciuilis quæstio, infinita

Lib. 3. cap. 5 & finita. Infinita, teste Fabio: quæ remotis personis, temporibus, locis, alijsq; peristatisbus siue circumstantijs

Infinita in utrancq; partem tractatur, ut fecerat Carneades Romæ: qui pro, & contra iustitiam alternis diebus disputabat: & ut facit Tyrius Max. in suis Sermonibus. Et hæc

Scientia. circa duo uersatur, scientiam & actionem: scientiā, quod illic gratia ueritatis inquirendæ cōfligitur: ut, mundus ne regatur prudentia, an fato cogatur. hanc speculatiuā

uocat Fabius, quæ ad Philosophos pertinet, non ad Ora-

Actio. tores. Alia actionē uersat circa agibilia, ut quæ negotia tractat ciuilia: uidelicet, Sit' ne accedendum ad rem pub.

Sit' ne seni ducenta uxor. Atq; hoc est quod Aphthonius

in Præexcitamentis, infinitam quæstionem diuidit in speculatiuā & ciuilem: Ciuilem, quæ rerū ad ciuitatem

pertinentium

IN RHETOR. AD HEREN.

pertinentium actionem contineat, ut, An nubendum sit,
an nauigandum, an ædificandum. Speculatiuam, quæ sola mente cōsideretur: ut, Rotundum ne sit cœlū, Sint ne plures mundi. Hanc infinitā quæstionem, Græci thesin nominant: quod Latine difficulter dicitur, ut autores uolunt. alij enim positum, alij propositum, alij consultatio nem nominant. Trapezontius appellat infinitiōnem. Finita quæstio, que & hypothetica dicitur. quod habet hypothesin, hoc est, quiddā suppositiūm. nam ex comple-
xū rerum, personarum, temporum, locorum, conditio-
num, ceterarumq; circumstantiarum constat: & non ali-
ter explicatur, q̄ suppositis personis, temporibus, &c.
nos Causam nominamus. Est enim causa, negotiū omni-
bus suis partibus & circumstantijs ad quæstionem ciui-
lem pertinet. Cicero causam nominabat, quæ certis per
sonis, locis, negotijs, temporibus discerneretur. Isocrates
causam definit esse, quæstionem ciuilem, in personarum
finitarum complexu: ut, An' ne Catoni sit ducenda uxor
Martia, Titio sit ne seruandum pactum. Haec propria est
Oratoris, & in puluere suo uoluitur. Quod si sciuisserint
Commentatores Iuris ciuilis, non ita conflictarentur: cū
Iuris consultus dicat, certi conditionē ex omni causa &
obligatione competere. intelligebat enim finitas quæstio-
nes, & subpositiās, siue hypotheses, quæ essent in con-
trouersia. quia multæ sunt causæ non controuersæ. Cice-
ro infinitam quæstionem ad Oratorem pertinere nega-

Causa.
Cicero in
Topicis cae-
sam, in Par-
titionib. cō-
trouersiam.
Martia, Titio sit ne seruandum pactum. Haec propria est uocat.
In l. Certi cō-
dictio. ff. Si-
certum pe-
tatur.

S V D A L . Z A S I I C O M M E N T .

bat.lib.i. de Inuent .quod improbat Fabius, sed cum mo
destia, lib.5. cap.5. ad finē. Ego uel eo nomine Ciceronem
defendi posse puto: si quidem de infinita quæstione , quæ
ad philosophos pertinet, quæ speculatiua dicitur, sensis-
se intelligendus est: quæ ad Oratorem nō pertinet, ut su
præ diximus. & id ipsum ex suis met uerbis comproba-
tur. Actuas aut quæstiones infinitas, ad oratorem per-
timere, Cicero non solū docuit in 1.lib.de Orat. & in suis
Topicis: sed etiam præcepit, ut ab hypothesi, hoc est fini-
ta quæstione, ad Thesim, hoc est infinitiōē, Orator cau- 10
sam producat. Est ergo infinita quæstio generalis: fini-
ta ad speciem trahitur. In quo memineris, quæstiones infi-
nitæ aliquando ad speciem trahi, ut tamen nihilominus
generales & infinitæ maneant: ut cum ad aliquid deter-
minatum quæstiones remotis personis referuntur. Nam
prorsus generalis quæstio est: Sit' ne administrāda resp.
Sed quæstio generalis ad aliquid respiciēs, determinata
non nihil: An in Tyrannide sit administranda Respub.
Sit' ne hosti seruāda fides: Est quæstio minus generalis,
ad aliquid contracta. Cæterum an fides sit seruanda, ue- 20
rè generalis est. Sic ergo infinitæ quæstiones coerceri ad
aliquid poterunt, remotis tamen personis : & quo plus
uel minus determinantur, eo plus uel minus sunt genera-
les: tamen semper infinitæ dicuntur, respectu finitarū.
quod eleganter, sed obscure attigit Fab.lib. 3.cap.16. Ex
quo tu iuris auditor habes, omnes iuris doctrinas , que
remotis

remotis personis decidūtur, dici Theticas, hoc est in finē
 tas. Et quo plus aut minus ad aliquid determinatē refe-
 runtur (ut cum ius de pupillis, furiosis, militibus, &c. lo-
 quitur) eo sunt minus generales. Regulas iuris ego q̄
 maxime generales puto, quamvis non omnes. Apollo-
 dorus, ut D. Augustinus in lib. de Rhetorica docuit: in fi-
 nitam quæstionem à finita nō distinxit. Idem enim esse, l. an sint na-
 cum quæritur, an Orestes sit puniendus, an de matricida tural. ff. de
 sit poena sumenda. Orestem enim matricidam fuisse, ne-
 reg. iur.
 40 mo ignorat. ut sic persona uel posita, uel remota, non fa-
 ciat differentiam. Sed non est recepta eius sententia, ut
 inquit August. quia sæpe propter personam aliud iudi-
 catur, quām iudicaretur ea remota: quod ex Iuriscon. uo l. nō omnes.
 luit, lib. 48. Digestor. Militem grauius puniri, qui sepe S. à Barba-
 deserat castra, quām cum qui ex necessitate aliquando. ris. ff. de re
 Et licet Sulpitius Victor eiusdem sententiæ esse videatur, milit.
 uolens non esse aliam differentiā in utraq; , quām quod
 causæ actio (id est, dum agitur, dū litigatur) habet hypo-
 thesin: sed causæ inspectio (id est, dū de ueritate inquiri-
 20 tur) thesin faciat. Ut dum disceptat Milo contra aduersa-
 rios et accusatores, iam hypothesis est: dum iudices de
 ueritate quærunt, iam thesin oriri. Quæ differentia po-
 test aliquando esse bona: sed non ad intentionem Sulpiti-
 us, ut statim dicā. Ut ergo habeatis, quid ego tota hac de
 de re sentiā: Video duos esse casus, in quibus Apollodori
 sententia recipitur. quamvis nemo doctorum hoc tan-

gat. Primus: in causa quæ in lite pendet, nulla est differētia inter hypothesin & thesin. nam si generalis quæstio in ea emergit, ipsa quæstio nihil differt ab ipsa cōtrouerſia, dum contrauertitur, An Miloni licuerit occidere Clodium insidiatorē. Ex qua insurgit generale dubium, An liceat insidiatorem occidere. Hæc infinita quæstio, quia refertur ad controvērſiā, qua de agitur, nihil ab ea differt. & hoc loco potuit Sulpitius uera loqui, si sanè intel ligatur. Vnde dicit Trapezontius obscure quidē, sed ele ganter. Quamuis causa aliqua rei infinitione contineatur, dicendo tamen infinitiōē complecti. Et suasit hoc Cicero, ut suprà docuimus, quod à causa finita ad infinitam quæstionem transferatur negotium. & ex hoc se penumero iudex cogitur ab hypothesi, id est controvērſia, sibi formare thesin, ut appareat iudicatio uel continens. Alius casus est, si consideramus infinitam quæstionem minus generalem, id est, quæ ad aliquid determinatum respicit. ut, An hosti sit fides seruanda. Tunc enim thesis ab hypothesi nō differt. Perinde enim est cū quæro, utrum Hannibali, & an hosti sit seruanda fides cum quæritur, An pupillus possit rem suā administrare: perinde ac si quærerem, An Titius pupillus, &c. Hic enim non refert, personā hostis uel pupilli nominemus, an nō. Verū is casus tria recipit temperamenta. Primum, si ex personae nominatione iuris decisio uariaret: ut aliud est loqui de milite desertore, aliud de Titio milite, qui forte semel

semel deseruerit. quapropter Iurecons. dicit, saepe aliud
et aliud statui ex persona, re, et tempore. Secundo in iu-
dicis sententia multum refert, iudex ferat ne sententiam
ex thesi, an hypothesi: si error est in sententia. quia si iu-
dex ex thesi in iure erret, ut cum dicit, Pronuncio pupil-
lum testari posse: haec sententia prorsus nulla est, et non
eget aliqua appellatione. si uero id ipsum ex hypothesi
decernat, ut Pronuncio Titium testari posse: at Titius pu-
pillus fuerit: iam sententia erit mixta, et tenebit, nisi ap-
pellatur. Tertium temperamentum, in concionibus reis
et semper debet materia produci ad thesim, nunquam
ad hypothesin. ut cum queritur, An adulterium sit maxi-
mum crimen, non debet inuestigari, An adulterium Titij.
Ita Philipp. Decius dum interrogabatur, An concilium
esset supra Papam, protestatur se nolle consulere super
Iulio, sed super Papa. Ita Mart. Lutherus defendit se con-
tra Eccium, quod nihil scripscrerit contra Leonem, sed con-
tra summos pontifices. Et hactenus de ciuilibus questio-
nibus. Nunc ergo adiendo ad quatuor libros Rhetoricos,
occurrit dubitatio, An hos libros scripscrerit Cicero ad He-
ren. Vtrum Cicero
rennum, sicuti inscribuntur. Nam quidam, ut Raph. Re-ro Rhetor.
gius, negant esse Ciceronis, sed cuiusdam Cornificij: moti, ad Heren.
quod Quintil. horum librorum non meminerit, sed non scripscrerit.
in eo facienda uis. Vetusta etas usurpauit eos pro Cice-
ronis libris, cui Trapez. quoque subscribit. proinde nos
cum communi opinione sentimus. Sic Quintil. non con-
trauertit.

trauertit, an libri qui inscribuntur Theodecti, eius sine,
an non sint: lib. 2. cap. 14. Vnde parum retulerit, siue
Cornificius, siue Cicero scripscerit, dummodo libri sint
elegantes.

S U M M A R I V M P R O L O G I L I - bri Primi ad Herennium.

Circa prologū libri huius primi ex summa noue-
ritis, quod Cicero statim à principio Herenniū
facit beueolum, cum se eius causa scripturū di- 10
cit de ratione dicendi, etiam si sit partim amicorum, par-
tim philosophiae negotijs ac studijs impeditus: turpe ra-
tus, si non scribendo crederetur uel nō uoluisse gratifi-
cari amico, uel fugisse laborē. Dein attentum facit, quod
non sine causa eam artem Herenniū cognoscere cupiat,
quum magna sit in orationis commoditate utilitas, si re-
clitudine circumsepiatur. Et Gr̄ecos in odium trahens,
sibi fauorem conciliat, quod illi artem obscurarint, im-
pertinentia miscentes, ne parum multa scisse uiderētur.
se autem necessaria scripturum: & idipsum nō spe que- 20
stus, quo uulgas ducitur, sed uolūtati Herennij obsequi-
turus. Tandem dat generale præceptū, iubens, ut artem
imitatio. sequatur + exercitatio: de qua suo ordine melius. Lege
per te prologum, quia facilis est: in quo habes inter alia,
signatam loquendi figuram. dicit enim, Satis otium sese
studio suppeditare posse. At nos dicimus, Satis otij, satis
rerum:

IN RHETOR. AD HEREN. 11

rerum: non cū nominandi casu. ut sit Satis nouata usur-
patio: nisi textum aliter ordines, id est, uix satis posse
suppeditare otium. Est porrò alia figura loquendi, cum
dicit, ne parū multa scisse uiderentur, id est, ne modica:
qui est pulcher ornatus, quē usurpat Mutianus, Ruffus,
et Erdordienses in eorū epistolis. Colligitur etiam ex
ista p̄fatione, quod dicendi copia tū cōmoditatē p̄-
rit, si recta intelligentia et animi moderatione guberne-
tur. Et hoc est quod Philosophus in Rhet. dixerat, elo-
quentiam oportere esse cum sapientia coniunctam.
Cæterum nunc prosequamur contextum prīmī libri.

Quo ad eius fieri potuit.

Collige primo ex textu, figuram loquendi ali-
quantisper distortam, nisi Cicero ita diceret: ui-
delicet, Quo ad eius fieri poterit. quam loquēdi
figurā homines Latini raro usurparūt, quia uidetur af-
fectata. In A. Gellio semel legi, et in Rodolpho Agricola
lib. 2. post principium, dum dicit: Oratorem docere, quo
ad eius fieri poterit. Mihi uidetur ab huiusmodi loquen-
di figuris abstinendum.

S U M M A R I V M P R I M I C A P.

Cicero principio huius capitinis tangit materiam De orato-
Rhetorices, quippe legibus et moribus constat ris officio.
negocia ciuilia. qua propter Quintil. dixerat,
oratorem

Oratorem uersari circarem & uerba:rem constare scripto & nō scripto, hoc est moribus & legibus. Cicero in Oratore dicit, nullā esse Rhetoricæ partē, quæ in negotio ciuili non uersetur. Est ergo officium Oratoris, quod iam ex Cicerone audiuitis. Quintilianus Oratoris officium circa tria esse uoluit, ut doceat, delectet, et moueat. quæ Georgius Valla in Rhetor. declarat: Doceat acutè, delectet argute, grauiter moueat. in uniuersum autē suadeat, quæ iusta sunt, honesta & utilia. Aduertite porrò ad textum, circa Assensionem auditorū: significat orationem ad hoc nisi quam maxime, ut auditores assentiant. Vnde Cornelius Celsus, homo nequam, hoc licentius intelligens, dicebat: non bonam conscientiā, sed uictoriā litigantis, esse præmium oratoris: ut eū allegat Fab. lib. 2, cap. 16. Verius Plato in Gorgia, negabat esse Oratorem, qui non esset iustus, ut Fabius loco prædicto.

TRIA CAVSARVM GENERA.

Dixeramus nuper in præfatione, quæ in nostra arte forent præcipua. primū, ut inueniat Orator: alterū, qua in re, nempe circa negotia ciuilia. tertiū erat, inuestigandam esse conditionē rerum earū, circa quas Orator uersaretur: quod nunc tractamus. Vnde Cicero cum dicit, tria esse genera causarū: intelligendus est sensisse de qualitatibus & differentijs generalibus, in natura et cōditione generali: quæ in omnibus rebus

rebus ciuilibus, quas hic causas nominat, inueniretur. In his qualitatibus omnis causa cōsistit. Sic dicimus duo genera esse hominum, liberos & seruos. Et hæ qualitates ideo generales dicuntur, quia sub se habet individua & species. Cauete hic, ne discedatis sub genere, sicut docet arbor Porphyriana. Sed de genere & specie, circa locos cōmunes latius dicemus. Quintil. docebat, has treis qua litates tanti esse momēti, ut quælibet per se Oratorē ab solutū faceret. Nā Apollodorus solū iudicialia uersabat:

20 Anaximenes putabat duo genera, iudiciale & cōcionale, id est, deliberatiū : demonstratiū seclusit. quasi is qui laudat, uel uituperat, nō tendat ad suspiria. Sed fallitur, quod res ipsa docet. Tria ergo esse genera causarū. Fab. lib. 3. ca. 4. pulchre colligit. Omne enim Oratoris officiū aut esse in iudicijs, aut extrā. Iudicialia, manifesta sunt. at quæ extra iudiciū, aut præteritū tempus habent, aut futurū. in hoc uersatur deliberatiū, in illo demonstratiū: q. tamē tēperamento eget, ut statim latius explicabitur.

DEMONSTRATIVVM, alio nomine Encomiasticū, siue Laudatiū dicitur, teste Fabio: & ideo ita nominatur, quia laude uel uituperio conditionem hominis demonstramus. Sunt ergo partes huius generis, laudare & uituperare: quæ partes raro modum seruant, & in quibus facile à statione & gradu caditur. Ut eo nomine ualde utilis sit oratoribus hyperbole, per quam defenserentur. Et inde credo radicem sumpsiſſe, quod in Iure nostro

nostro, falsam demonstrationem dicimus non nocere, ut uoluere Caius et Paulus iure consulti lib. 35. ff. &c. in l. Falsa demonstratio. Vnde si testator legauerit fundum Titio fratri suo opt. max. legatū non uiciabitur, etiam si Titius nō fuerit frater. Hoc genus, ut diximus, præteritare spicit: Quia præterita laudamus, uel uituperamus. Tu dic uerius, præsentia laudari aut uituperari: id quod communi sensu discimus. Fateor tamen, locos posse sumi ex tempore præterito, & uita anteacta. imo ex futuro etiam loci sumentur: ut cum speramus hominem, quem 10 laudamus, frugi futurum Reipub.

DE LIBERATIVM. Concordat propemodū Cicero in veteri Rhetorica, cum dicit, Deliberatiū esse positum in disceptatione alicuius, & consultatione ciui li, quod habet in se sententiæ dictionem. Nam cum deliberatur, decidunt hi qui deliberauerere, quid factō opus sit. Et sicut Demonstratiū duas habet partes, laudare et uituperare, teste Trapezūtio: ita Deliberatiū duas, suadere & dissuadere. Suadet, qui quid sit faciendum, ostendit: Dissuadet, qui suasionem oppugnat. Eius exerci 20 tium uersatur circa futura, quia de futuris deliberamus. Poteſt tamen etiam recipere præsentia & præterita, ut Quid sit faciendum circa præsentē nodum, qui reipub. incidit: Quo pacto sint uitanda, quæ futura timemus. nā hoc ſæpe non ex præteritis fundatur. Finis huius generis est, honesta utilitas: officium auditoris, alteram ex partibus

partibus amplecti. Sicut finis Demōstratiui est, honestas. Vtriusq; generis tractatus potest habere Thesim et Hypothesim. Thesim, quando laudatur pax, iustitia, etc. Hypothesim, cum laudatur Cato, Cicero; quae est in rebus ciuilibus frequētior. Thesim amplectūtur concionatores, cum de laude uirtutum loquuntur, seu d̄scrūt, condemnant uitia: Hypothesim, cum sanctos uiros laudant.

IUDICIALE quod dicitur, partim accusatione, partim petitione conficitur. Hæc ad negotia ciuilia, illa ad crimina pertinent. Defensio, quæ rei est, utrunq; cōplectitur. Et ita eius tres sunt partes: Accusatio, Petutio, Defensio. Addūt aliqui inquisitionem, cum contra reos criminū inquiritur. Finis eius generis est, æquitas: iudicis officium, absolvit, uel condemnare. Hoc genus præterita respicit, s̄epe tamē ex occasione ad futura protendit: ut cum imponitur cautio partibus, ne altera molestet alteram. quæ iuris sunt, propterea dimitto.

PARTES RHETORICAE.

QUOD autem autores tria genera posuerunt, & non plura, ideo factum est, quia frequentius in his uersatur orator. Et sic à communiter accidentibus hæc genera tractantur. quamuis non modica in moralibus est. Sunt tamen & alia genera causarū. nam & querimur, cōsolamur, mitigamus, concitamus, exhortamur, terremus, confirmamus, & cætera id genus: quæ

b lalius

latius deducit Fab.lib.3.cap.4.Sed hæc omnia reducuntur ad tria principalia genera, si Fabio credimus.

Nunc quas res oratorem habere oportet: &c.

HOC loco appellatione rerum partes Rhetoricæ intelligite. quippe Rhetorica quinq; partibus absolvitur, quæ in contextu ponuntur, Fabio dicente lib.3.cap.3.omnem dicendi rationē his quinq; partibus cōstare. Nec sub uerbo uel uocabulo Rei, materiam intelligas, id est, ciuilia negotia. alias enim esse parteis Rhetoricæ, aliam esse materiā, suprà docuimus. Deniq; et Cicero in ueteri Rhetorica de Materia, & postea coniunctim de Partibus, ociosè quodlibet per se nominando tractauit, si alterum sumeretur pro altero. Vnde ciuilia negotia fomentum præstāt his quinq; partibus. Sunt aut̄ hæ partes integrales, eo certe nomine, quod si qua in oratione deficiat, non erit ars perfecta. Nam quid dicat Orator, si non habet quod inueniat? item et inuentanisi disponat, omnia miscebit. Paria dixerim, si elegantias sermonis Oratore destituat, si desit memoria, et si non apte pronunciet. Quod mox Cicero subiungit.

Quomodo has causas tractare liceat.)

TRA causarum genera intelligite. Nūc quod Cicero ponit quinq; partes, nonnulli addiderūt Iudicium pro sexta: sed nō erat necesse, quando in omnibus

Iudicium sit
ne Rheto-
rica pars.

omnibus partibus. nisi insit iudicium, effrenitas & immoderatio quedam accidit, teste Fabio. Fuere alij, ut idem Fabius docet, qui non partes Rhetoricae, sed opera Rhetoris dicerent, inuenire, disponere, eloqui, &c. moti fortasse per locum à Coniugatis. Quia si inuenire est opus Rhetoris, ergo et inuentio. Sed non est pura hoc loco arguendi series: quippe termini utrobiq; dissimiliter accipiuntur. nam uerba ad actum, uerbalia ad habitum respiciunt. Non enim sequitur, Sapientia est uirtus, ergo et sapere. Quinq; ergo partes Rhetoricae absoluuntur ab actu: sic & habitum quendam absolutum significant. hoc est quod dixerat Fab. lib. 2. cap. 19. Rhetoricen esse in homine uel tacete. Nemo enim continuo potest inuenire, disponere, eloqui, &c. Et forte maior studij uoluptas, si in secreto animi ab actu recesseris. Et per hoc intelliges in uniuersum, quando peccet argumentum à locis à Coniugatis. Nec enim hoc argumentum procedet, Legere est agere, ergo lectio est actio: terminis impariter sumptis. Hæc obscure, sed eleganter ex Fabio collegimus.

20

Conuentio est excogitatio rerum.)

Auctores nostri dicunt, & uere dicunt, Inuentio nem est omnium difficultiam. Dimidiū enim habet operis, q̄ cœpit, teste Ausonio. Quæ si ueras sunt, quomodo erit inuentio rerum uerarum excogitatio: cum excogitare uera non sit difficile. siquidem ue-

b 2 ritas

ritas non eget magna exquisitione, uel uerborum admiculis, ut dicit Imperator Seuerus. Nō inuenio hūc nodum ab alijs attingi. Sed animaduertendum est, quod die plici differentia in negocijs ciuilibus uenit ueritas. aut quæ euidēter pateat, aut de qua dubitetur. Prior illa qæ manifesta est, non eget uerborum ornamentis, nec ulla probatione: ut uoluit Ambrosius. imo à tali ueritate non reciperetur appellatio: quippe ipsa sese oculis ingerit, ut uoluit Baldus. De hac ueritate præsens definitio non intelligitur. Cæterum hæc posterior, quæ est dubia iudi-10ci, in definitionem nostram uenit. Dubitatur autē de ueris dupliciter: aut quia ueritati contradicitur negatione aduersarij, aut ueritas ultro est dubia. De priori sensit Imperator Cōstantinus, cū dicit, rem etiam certam negatione fieri incertam. De posteriore sensit Democritus cum dicit, ueritatē in profundo esse demersam. De quibus utrisq; suo ordine tractabitur, in Cōiecturali statu. Vnde cum dicitur, Inuentione esse rerum uerarum ex cogitationem: intelligite, earum quibus contradicitur. Et cum dicitur, Verisimilium: intelligite ea, quæ natura du-20biasunt, in quibus est uerisimilibus opus, ut dixerat Iureconsul. non uno in loco. l. Imperator. ff. de Legat. Quia propter non ociosè infertur, causam reddi probabilem. hoc enim sit in istis duabus ueritatibus. Exaudias autem hanc definitionem hac perpetua cautione, ne ueritas rerum uiioletur, quod eleganter quodā loco Iurecons. significauit.

ficauit. Vnde quod Fabius dicit, non esse incongruum si à ueritate aliquando recedatur, dum bono publico id fiat: non est ullo pacto recipiendum. siquidem si ipsissima ueritas redimenda sit, mentiri putat nefas Seneca. Et occidi animam, Augustinus in lib. de Conflitu uitiorū, quocunq; genere mentiaris, docet.

DISPOSITIO est ordo ex distributio rerū, quæ demonstrat, quid quibusq; locis sit collocandum. Eadem & Collocatio, quippe ordinem orationi ponit. Fab. lib. 3 cap. 6. dicit, dispositionem rerum esse ordine quam optimo collocationē. Et certe bene incedit, qui ordinatè incedit, dicit Hugo Victorinus. Cæterū dupliciter disponimus: aut ex solenni arte, & suo naturali ordine: ut cū disponuntur partes orationis, Exordiū, Narratio, &c. Aut ex euentu, ad casum, qui occurrit disponimus: tunc sepe mutatur consuetus & solennis ordo. Cicero pro Milone, statim post exordium confutauit. Sic Ilioneus apud Vergiliū in 1. Aeneid. mox à principio deprecatur suspicionem prædonum. Sed de his suo loco plenius.

ELOCVTIO est idoneorum uerborum, & sententiarum, ad inuentionem accommodatio. Verborum: hoc est, ut sint uerba pura, & selecta. Sententiarum: ut sententiæ ex dignitate ueniant, & pondus habeant. Sed de Elocutione in quarto libro latissime differetur, quæ est omnium difficilima, ut uoluit Antonius in Oratore: & in qua nullus potest fieri finis.

MEMORIA est firma animi, rerum uerborumq;
ac dispositionis perceptio. Facile quippe memoramur, si
ordinate disposita, quo loco quidq; dicendū sit, ingenio
fuerimus complexi. Cicero de Oratore lib. 1. exercen-
dam memoriam iubet, ediscendis ad uerbum quāpluri-
mis scriptis & suis & alienis. Negauerūt nonnulli, par-
tem esse Rhetorices memoriam, ut docuit Fab. lib. 3. ar-
bitrati, esse naturae munus. At artis est, quam Cicero lib.
4. tractat. nos præterimus, cōmittētes hoc munus circu-
latoribus: contentiq; ea memoria, quā natura suggeſſit. 10

PRONUNCIATIO est uocis, uultus, gestus mo-
deratio, cum uenustate. Pronunciationem alij Actionem
nominant, ut testis est Fabius. Pronunciamus enim ore,
gestu, uultu, actu quodam uiuam orationē fingentes, quæ
sine pronunciatione mortua est, & iacet. Vnde interro-
gatus Demosthene s, quid esset optimum in arte dicendi:
Pronunciationē esse respōdit, idq; tertio repetiſt. Vnde
orationem habiturus, non debet in modū torpentis iace-
re, nec attolli, strepere, gesticulari, ut solēt furiosi histrio-
nes. De quo plenius lib. 4. 20

Hæc omnia tribus rebus asse-

(qui poterimus.)

QVintilianus lib. 3. cap. 5. aliter: qui facultatē orā-
di docet consumi arte, natura, et exercitatione.
Imitationē artis supponit, & in ea cōcludit. Vnde idē lib.
30. cap. 2, dicit, bonam artis partē imitatione contineri.

ARS

Ars est præceptio.)

M Eritò ars præceptio dicitur, quia teste Fabio ex præceptionibus consentientibus constituitur. Hæc autem definitio debilis esset, nisi adderetur ratio dicendi. nam etiam aliæ artes sunt præceptiones quædam, certam uiam & rationem, sed non rationem dicendi præscribentes.

Imitatio qua impellimur.)

E ST enim uitæ ratio, ut quæ in alijs probamus, ipsi sequi soleamus, dicit Fabius lib. 10. cap. 2. Et quia natura non possumus similes esse bonis, imitatione id effici contendimus, eodem Fabio teste. Debet autem qui imitari pergit, optimos sibi ad exemplū proponere: quos si uel non assequutus fuerit, sequatur tamē propius. Cæterum sola imitatio non sufficit, ut dicit Fabius, nisi ipsi manum addamus. Siquidem pigri ingenij esset, his quæ inuenta sunt contentari. Labeo Iureconsul. cum optimos imitaretur, ut testatur Gellius, tamen per se ipse multa nouauit, fretus ingenij fiducia. Capito autē à magistris suis non facile discedebat.

Exercitatio est assiduus.)

VNDE dicebat Vegetius lib. 2. Omnes artes quotidiano & iugi exercitio proficere. Crassus apud Ciceronem lib. 2. de Oratore, futurum Oratorem domesticę exercitatione armat, ut scribat assi-

due, dicatq; Si enim, si quando in foro dicendum sit, crebras scribendi facilitas dicentem adiuuat, et stylo scribentis consonet dictionis series. Putabat Cassiodorus, ingenia pigrescere, quæ studiorum assuetudine non exerce-rentur. Deniq; et apti ualentesq; ad publicos congres-sus efficimur, si (ut Hugo Victorinus docuit) domi assi-due exerceamur.

SECUNDI CAPITIS CONTI nuatio: Quoniam igitur de- 10 monstratum est, &c.



RANSITIO est, color Rheticus: ut cum repetuntur quæ dicta sunt, et dicenda promittuntur. Tu autem clarius continuabis. Materiam Rhetori-cæ suprà diximus esse negotia ciuilia, quas Causas nominamus, quarū genera tria posuimus. Sed quia Rhetorice cum suis partibus circa materiā uer-satur, partes sex esse diximus, quæ tribus conficerentur, ut etiam edoctum est. At non est satis habere materiam, 20 nouisse genus materiæ, nouisse partes Rheticæ: nisi etiā proprius accedentes, ipsi orationi suas daremus par-tes. Quod nunc facit Cicero: docens sex esse partes ora-tionis, ut in textu Quintilianus lib. 3. cap. 11. putat, nō antè de partibus orationis doceri, quām natura genusq; causæ intelligatur: quid scilicet in ea queratur, quid pro-sit,

fit, quid noceat: ut sic de narratione, postea de exordio
 tractetur, saltus cogitatione nostra. Nec enim nisi totis
 causæ paribus diligenter inspectis, sciri posse, qualē nos
 iudicem facere oporteat: expediat' ne seuerum, mitem,
 concitatum, remissum, fauorabilem habere, an contrā.
 Quapropter iam de natura causarū, & de statibus diffe-
 rendū esset, id quod facit Cicero in ueteri Rhetorica, &
 Fab. lib. 3. His enim cognitis, tunc demum ad partes ora-
 tionis ueniri, euident Raphaēlis argumentum, quod hijs
 20 quatuor libri non sint Ciceronis. Sed hic autor quisquis
 sit, à partibus orationis incepit: quas sex esse uoluit. Fa-
 bius prædicto loco quinq; tantū ponit, Proœmium, Nar-
 rationem, Probationem, Refutationem, Perorationem:
 Diuisionem, seu Partitionem, non ponit, frigidis sanè ra-
 tionibus motus. Ego Diuisionem puto merito partē dici,
 quia in pleraq; omni questione Orator diuidit, et prop̄
 in omnibus partibus Rhetoricæ. Differt autem diuisio + excepto
 à dispositione, quia Orator disponit circa omnes partes exordio, &
 Rhetoricæ, ordinē nūc hunc. nunc alium faciendo, prout peroratio-
 20 natura causæ exigit. Dispositio ergo ordinat corpus, cor
 poris membra distinguit diuisio, ut circa eā uidebimus. in elocu-
 Cæterū que disposita sunt, diuisione aliqua partimur, tione.
 sicut necessitas & natura cau' æ feret. Aristoteles in Rhe-
 torica post proœmiū, Propositionem Narrationi præpo-
 suit: nō quod Propositio sit generalior, quam Narratio:
 sed quia propositionis non est certa pars, ut infrā dece-
 b 5 bimus.

bimus. Vnde obtinuit, quod narratio secundo loco pone-
retur. Adiecerūt porrò his partibus nonnulli excessum,
egressionē, parerga: quod Orator in campo Rhetorico
expatiari per plura soleat, ut moueat auditorem. Sed Fa-
bius loco prædicto improbat. Illi enim excursus aut sunt
extra causam, & non sunt partes causæ: aut in causa, &
tunc adiutorio & ornamento sunt. Non enim quicquid
in causa est, causæ pars est. sic enim affectus, exempla,
similitudines, partes uocarentur. Dimitto hic Trape-
zuntiū, qui quatuor tantū partes ponit: Ciceronem ali- 10
bi, nempe in partitionibus imitatus. quem ipse consule.

Diuisio est per quam.)

DE diuisione, & cæteris partibus postea plura.
Sed pro declaratione præsentium, finge: Peto à
te decē pondo coram Iudice, tu quinq; fateris,
reliqua negas: iam statim utar diuisione. Domine iudex,
super quinq;, ut uides, inter nos conuenit: altera quinq;
sunt in controuersia.

Per quam exponimus, &c.

NON solum in narratione, sed etiam in confir-
matione, & confutatione. ut si dico: Primò fir-
mabo mea tribus argumentis, deinde dissoluā
ca quæ sunt aduersarij, &c.

CONFIRMATIO est nostrorū argumentorū ex
positio, cū assueratione. Nihil est quod plus confirmet
argumenta

argumenta nostra quam assueratio, nixus cuiusdam uehementiae.

CONFUSATIO est contrariorū locorum dissolutio.

CONCLUSIO est artificiosus terminus orationis. Meritò autem dicitur artificiosus terminus, quia potissima ars est in peroratione, ut epilogus ordine, & affectione, & breuitate non careat.

Nunc quoniam una cum, &c.

10 **I**ntrilligit iterum partes Rhetoricæ: quæ ideo dicuntur officia, quia adiuvant officium Rhetoris. Et est metonymia, id quod sit, pro eo quod facit: ut, Spem uultu simulat. Sunt & opera Rhetoris, cum ad actum rediguntur, ut supra docuimus. Errant autem hic quidam Commentatores, ut ego puto: qui dicunt, has quinq; partes esse particularia Oratoris officia. Vnum enim est officium: scilicet apte dicere, ad persuadendum.

AD CAP. III. DE QVATVOR
generibus causarum.

20



ICERO dixerat, Causarū tria esse genera: nūc quatuor ponit. quæ ne dis sidere uideātur, aduertēdū est, Genus in proposito nō ut Dialectici, sed pro rei conditione sumi: cuius conditionis ratio, id est consideratio, si ad diuersa respiciamus, facile uariat. Nam si in homine originis conditionē attendas,

iam

iam duo sunt hominum genera, Liberi & Serui. si in hominis conditione a clu[m] habeatur ratio, iam hominum tria sunt genera: quia alij studio, alij lucro, alij uoluptati inh[er]ent. Sic in præsentia, si causarum ciuilium conditionem consideres, quo ordine tractari omnes causæ possint, iam tria genera inuenies, Deliberatiū, Demonstratiū, Iudiciale. Si uero, cuius qualitatis, cuius differētiae, cuius naturæ quæq[ue] causa in se sit, iam quatuor genera inuenies, Honestum, Turpe, Dubium & Humile. Quia nullum est negocium ciuile, in quo non una ex 10 illis qualitatibus inueniatur. Sic & Feuda in iure ciuili ex uarijs rationibus considerata, uarie diuiduntur: ut nouerunt Iureconsulti. Hoc non ignorabat Rhodolphus Agric.lib.1.cap.7.dum unam rem uarie diuidit. nam arborum duo genera ponit. Si ad naturam respicias, aliam seminalem, alteram sua sponte natam. Eregione si ad usum sui referantur, tria sunt arborum genera, quædam cæduæ, quædam fructiferæ, quædam germinales. Sic animalia uario respectu uarie diuidit: ut ibidem per eum latius. Hanc dissolutionē Victorinus in veteri Rhetorica quasi per transennam uiderat: quem tamen Laurentius Valla conuicijs petit, sed imperite. nempe pudendo errore labitur, uolens tria esse genera orationis totius, sed quatuor genera proœmij. quod falsum esse texsus probat, qui causarū nō proœmij uel orationis genera nominat. Porro & de causa hic nugatur Valla: Quæ cū sint

sint inania, & ipsa sese subuertant, transeo. Cicero ergo
 in presentia causas, id est, controuersias ciuiles, in qua-
 tuor genera, id est qualitates, uel rerum conditiones par-
 titus est. Sed oritur hic alia dubitatio: Quomodo hic Ci-
 cero quatuor genera causarum posuerit, cum is ipse in
 ueteri Rhetorica in quinque distinxerit: Honestum, Adm̄i-
 rabile, Humile, Anceps, Obscurum. Quidam hic se Lite-
 ratores, quos nominare non possum, torquent, nescien-
 tes quid dicat. Tu dices, Obscurū comprehendi potuisse
 10 sub Dubio. Sed causa maioris luminis, Cicero iam tum
 adolescens, obscurum in ueteri Rhetorica adiecit: cuius
 diuisionem potius, quam autoris hic nostri sequemur.
 Nam & Fab. lib. 4. cap. 1. & itē Trapezuntius, quinque
 genera ponunt. nisi quod Trapezuntius pro admirabili,
 Turpe nominauit: quod scilicet genus, Fab. admirabili,
 uel humili generi subiecit. singula ergo genera uidcamus.

HONESTVM.

20 **T**rapezuntius Honestū esse dicit, quod omnibus
 suscipiendum esse putatur. Sic & alij quidā. Ve-
 rum hij nō definiunt, sed notificant nomen hone-
 sti ab euentu. hoc est, quod certatim omnes Rethores di-
 cunt post Fabium, Oratorē non admitti debere, ut causam
 honestam tractet: sed ad hoc tendere, ut auditori honesta
 uideatur, etiam si non sit honesta. Tu uero qui doceberis
 de ueritate, nolito hæc sequi. Vnde honestum definiri
 potest,

poteſt, ut ex Cicerone collegiimus lib. 1. Academicarum
Quæſtionum, eſſe bonum ſola uirtute iuſtructum, id eſt
munitum. Idem tamen Cicero lib. 2. de Finib. contra E-
picuri errores ſic dicit: Honestum eſſe, quod detracit
omni utilitate, per ſe iipſum iure laudari poſſit. Boni enī
uiri perquām multa faciunt, quia recti ſunt, ut ib. dē Ci-
cero: etiam ſi nullum confequatur emolumenū. Quod
autem hic ad euentum hominum honesti habetur ratio,
non aliter recipio, quām ſi de optimorū iudicio ſentiat.
Cæterum ſi de multitudine imprudenti loquatur, nego
honestum eſſe. Quāmuis Epicurus, ut loco prædicto Ci-
cero, id honestum eſſe dicat, quod populariſit fama glo-
riosum. Nos cū ueritate manebimus, ut pote, quod ad ni-
hil aliud fit laborandum (ut Ciceronis uerbis utar in Tu-
ſulanis Quæſtionibus) quām ut ueritas in omni quæ-
ſtione explicetur. Proinde quod uulgò ab Oratoribus
præcipitur, Ab his quæ ledunt ad ea quæ proſunt eſſe
confugiendum: & ſi cauſa laboret, personam ſubuenire:
ſi persona, cauſam: ſi nihil quod nos adiuuet, quæri quo-
modo lēdatur aduersarius. Hæc et his similia, quæ no-
bis in toto tractatu ſepe occurſent, non aliter nec doce-
bo, nec confulo recipienda, quām quod ſemper ueritatis
ratio habeatur. Videamus nunc de exemplis honesti.
Textus ponit exemplum de uiro forti, qui defenditur cō-
tra parricidam. Item honesta cauſa eſt, defendere eos qui
uim uiolentam patiuntur. Cæterum ad illud iniquitatis
res

res uel in summis iudicijs redacta est, ut uiolentos Ecclesiarum prædatores, ne dicā fures defendant plurimi contra oppressos. Et è regione uix ullum inuenias, qui causam religionis oppressæ tucatur.

T V R P E.

Honestarē res oppugnari non potest, nisi defendatur turpis: et è diuerso. Vnde ista disiunctiua Aut, uim habet copulæ: quod nō est insuetum in Iure nostro. In hoc genere uersantur omnes, qui dicunt bonū malum, & malum bonum, qui ponunt lucem tenebras: quos iam ab antiquo Esaias orco deuouit, cap. 5. vbi D. Hieronymus dicit, dogmata contraria ueritati esse amara, solam Veritatem dulcem. Hoc genus Cicero in ueteri Rhetorica non nominat, nec Fabius: sed eius loco subiiciunt Admirabile, ut suprà diximus. Est autem Admirabile, teste Fab. lib. 4. cap. 5. quod est præter hominum opinionem constitutum: uel, ut Trapezuntius, Cum res inaudita auditorum animos à nobis abalienat. Hic Lite Ascensius rator noster errando putauit, Admirabile esse, quod subnotatur. lime sit. quod uerū non esse, istæ definitiones docent. In hoc genere uersari eos puto, si qui Stoicorū paradoxas propositiones hodie defendere pergeret: Omnes stultos seruos esse, Solum sapientē diuitem, Aequalia esse peccata: & id genus similia. Itaq; Cicero in Paradoxis sese in hoc genere exercuisse uidetur. Si quis omnes mulieres odio

odio haberi oportere defendet. nam & is hoc genere niteretur, quod contra communem hominū opinionem sentiret. quo nomine olim Orpheus mulieribus Thra-
 + mitius cibus discr̄ptus esse traditur. In eo genere paulo + minus se exercuisse uidetur D. Hieronymus contra Iouianū,
 si Erasmo credimus, in eleuando nimium matrimonio.
 Nec absimiles sunt, qui hodie Pandectas oppressum per-
 gunt. Hoc genus à Turpi adeò non abest, ut ab animis au-
 ditorum eius etiam defensio abhorreat. Proinde de Ad-
 mirabili circa Turpe diximus. Et ut in summa habeas de
 honesto & turpi, utriusq; ratio sicut raro in sese, ita sæ-
 pe ex circumstantijs cognoscitur, uidelicet ex Persona,
 Loco, Occasione, personæ honestas uel turpitudo præsu-
 mitur: Si in alterutra parte sint boni uiri, homines præ-
 ceptæ autoritatis, qui uel accusent uel defendant. nā cum
 eis est præsumptio honestatis, ut hic dicit Trapezūtius.
 Vnde inoleuit mos nobiliū Germaniæ, ut non nisi maxi-
 mo comitatu ad iudicia ueniant. Item & locus conside-
 rabitur, nempe qui in quolibet statu facit causam firmis-
 simam: de quibus locis alibi in secundo diffusè dicetur, 20
 unde sit uel accusationis uis, uel defensionis, firmior, uel
 infirmior. Iam ex circumstantijs cause honestas, uel è
 contra cognoscitur.

D V B I V M.

Hoc genus Quintilianus Anceps uocat, ut si fi-
 lius patrē accuset proditionis, honesta quidem
 cause

causa est, quia pro patria: turpis, quia filij contra patrē. Sic si pro ueritate steteris, sed per media illicita, dubia causa est. Iure consulti hoc non putāt esse illicitum, ut bona nam causam aduocatus per mala media defendat. Gloss. 21. C. Dominus noster. In eo genere est Orestis causa, qui matrem Clytemnæstram interfecit, quod ipsa prior maritum Agamemnona interficerat. Item exemplum Phineës, qui Iudæū cum scorto Madianite interficerat. cap. 55. Numeri. Item si lenonis filius fortiter faciat, causa est 20 dubia: partim honesta, partim turpis.

H V M I L E.

HVMILE genus est, cū contempta res antefertur, id est, extollitur. In hoc humili genere sunt illæ iniuriæ, quibus alter ad alterū dixerat: Equum non minoris precij esse, quam capillum capit is. Et tamē Papase in his nugis occupat C. Cum te. Dere iudicata. Longe pulchrius Ius ciuile, quod in humili causa, quæ duos forte aureos ualeat, iubet litigantē non esse audiendū: in l. Si odium. ff. De dolo malo. l. 7. ff. Pomponius. Et sēpe in leuisbus criminibus absoluit iudex, ut dicit Vl pianus. 48. lib. ff. Præterea Ius ciuile humiles personas, id est, uulgō ueniales, prostitutes, scænicas, uulgatæ libidinis, non punit poenis adulterij: etiā si in matrimonio essent. quod ius deditur huiusmodi uiles personas legalibus coercere nodis: Ita Archadius & Constantinus

Imperatores sanxerūt. Nuper uentilata est lis in Consistorio Principis, super furtu duorū denariorū, quod de-
 dignabuntur Regentes. Hoc loco deditigatur Accurs. In-
 Ensibz. beym. stitut. de rerum di. ubi putat in ouo furtum contrahi. §.
 Gallinarū. Huic humili generi cōtraria illatione potest
 subiungi sublime genus: quo cum rerum publicarū cau-
 se, tum regum negotia tractantur. Quo genere fuerat
 causa Lentuli, cum cuperet Ptolomæum reducere ad re-
 gnum Aegypti, de quo apud Cicer. in Epist. lib. 1. Porro
 Obscurū genus quod Fabius addidit, est, in quo aut tardi 10
 sunt auditores, aut difficilioribus ad cognoscendum ne-
 gotijs causa est implicita, aut is qui narrat non intelli-
 git, aut non intelligit qui audit: ita enim Victorinus in
 ueteri Rhetor. post Ciceronem. Dicuntur autem cause
 implicitæ, sicut cum uertitur causa rationis faciendæ.
 Nam Scœuola Iureconsul. rationem negotia dicit esse im-
 plicita, lib. 2. ff. in l. Emptor. ff. de Paclis. Sic contro-
 uersiae sunt implicitæ, ubi cunq; sunt alij status coniuncti
 uarij ut ex defensore iam accusator, ex accusatore reus:
 de quibus suo ordine. Præterea nos addimus, genus cau- 20
 se arduū, quod de rebus tractat, quæ personæ cōditionē
 attingunt. Ut esse nobile, uel ignobile: Posse ferre arma,
 uel nō posse: Esse seruum, uel liberum: Esse matrimonio
 ligatum, aut cœlibem: Legitimū, aut non legitimū. Quæ
 dicuntur cause statuū, et inter ardua connumerantur.
 Ut Doct. quoq; tradunt, in Tit. de Iureiurando.

Principium

Principium est, &c.)

HOCE & Quintilianus lib. 4. cap. 1. causam principij nullam aliam esse inquiens, quam ut auditorem, quo in cæteris sit partibus nobis accommodationis, præparemus.

Si genus causæ dubium.)

Dicit in genere dubio qualiter fit orandum, siquidem curabit Orator, ut animū iudicis seu auditoris amicū faciat, attollatq; eam partem quæ honesta est: disimulat: uel oppressa, quo ad eius fieri potest, parte, quæ turpitudinē habeat. Exemplū. Alter ex Horatijs cum interfecisset tres Curiatijs, & triumphans Romam rediret: soror unum ex Curiatijs, nempe sponsum, luxit: quam Horatius frater interfecit. Accusatur homicidij. Defenditur. Si rationem peremptæ sororis, iudices, potius quam factum intueamini, tam non de poena sollicitus erit Horatius, ut etiam mercedem vindicaret Reipub. expectet. Pro salute Reipub. uitā exposuit, suo sanguine Reipub. libertatem asseruit, siquidem dijs uolentibus hostem eum uicit, quo uictore iam seruiremus omnes. & in cōmuni lētitia soror plorat, priuatas nescio quas thori delicias Reipub. præponens, secura patriæ libertatis, dum ipsa thori potiretur. Quod nefas talem interficere? &c. Exemplum aliud. Reddo Aliud depositum ei, cuius bona propter crimen capitale publi ma.

cantur. Accusor lesæ Reipub. Defensio. Si sua Iuri-gentium ratio constat, quid honestius quam depositum reddere, quod acceperis? Sint sane publicata dannata bona: at ea res fidem, qua Iure naturali tenebar, non dis-soluit. Fateor boni ciuis esse, rationem habere ærarij: at maior est ratio habenda fidei, qua sublata, nec ciuitas iā, nec ciues tutò consistent. Hoc thema habetur in l. Bonæ fides. ff. Depositis. Aliud. Filius patrem senem aluit. deserto patre religionē ingreditur: impietatis accusatur.

Aliud The-ma. tratio Defensio. Si apud gentiles summa fuit religionis + ob-seruatio (hoc enim Iure consultus docet in l. Sunt perso-næ. ff. de Religiosis.) quanto magis in Christi fide religio omnibus erit anteferenda? Vel ignoramus excellen-tiem D. Hieronymi sententiam: Qui uel calcato patre, si forte in limine iaceat, ad religionem euolari iubet. quod solum pietatis genus sit, eo loco esse crudelem, &c.

Ad exemplum superiorum thematum, facile in quo-cunq; negotio dubij generis exordia inuenies: ut turpu-dinis parte eleuata, honestati uela facias. Cæterum si ge-nus causæ sit dubium, id est anceps, eo quod iudicatio est 20 dubia, exordiri ab ipsa iudicatione cōueniet: ut dicit Cic. lib. i. ueteris Rhetoricæ. Nā & Dubiū dicitur, non solē ex mixtura honesti et turpis: sed etiā ex ipsa causæ natu-ra ambigua. sic et titulus de Rebus dubijs in ff. ponitur. Et differt hoc genus dubium ab obscuro. quia dubium di-citur, cuius utraq; pars uidetur probabilis: sed obscurū,

eius neutra pars recte propter implicationem percipitur. Victorinus in veteri Rhetorica, hunc nodum ne uero quidem attigit. Tu pone thema. Lex est, ut primo genitus succedit in regno. petūt regnū hinc filius, illinc frater primogeniti. Causa est dubia etiā hodie, quia pro utroq; sunt ualidiss. iura. eo casu sic exorditur ab ipsa iudicatione. Dubia uobis causa, iudices, proponitur: cuius utriq; parti iura sua patrocinatur, quae uideo pugnare. Sed si ad ipsum controuersiae cardinem, nempe ad iudicationē respiciatis, hoc solū perpendendum est, an primogenitus ex natura, an ex ordinis serie capiatur, &c.

Thema du-
biū, seu ob-
scurum.

Sin humile causæ genus erit.)

AGIT Sempronius iniuriarum contra Titium, qui equum eius minoris precij esse dixerat, quām pilum capitī. is sic exordietur: Si iniuria ex animo, ex commodi ac famæ iactura existimatetur, nemo est qui diffiteri ausit, iniuriam me non mediocrem sustinuisse. Qualem enim, & quām inimicum in se 20 suum fuisse animum existimatis, qui eo in genere ab iniurijs non abstinuit, ubi nullus erat iniuriæ locus? Quod si commodi, si emolumenti, iacturam taceo: quippe equi uenditionem, ut mihi noceret, aduersarius impedivit. læsi tamen & nominis & famæ damnum quomodo disimulem? quaenam enim esse improbitate, si equū nihil tanto precio aestimassem? &c.

Thema in-
humili ge-
nere.

Sic exordietur, qui super furto oui uel gallinæ accusatur. Nolite putare iudices, me rem uilem in iudicium deducere: cum in furto animus pensetur, non factum, ut uolunt Iurecons. Adde, quod qui in minimo fuit iniquus, quomodo sperabitur æquus in multo: ut uerba Saluatoris, Lucæ 16. usurpem, &c. Defendite Apostolum Petrum, & alios, contra Iulianum & Porphyrium: qui cū dicerentur omnia reliquisse, Retia, rem uilem reliquerunt. At haudquaquam uile, aut abiectum, iudices, id quod reliquerunt Apostoli, uos ipsi animaduertitis: si ad mentem potius, non ad factum respexeritis. Nam & non solum quæ habuere bona, sed etiā propositū quicquam habēdi reliquerūt. Ita eos defendit Gregorius in Homilijs.

Nisi quid naclti erimus, quare aduersarios, &c.

Egregium temperamentum in turpi genere, cum non insinuas, ut relicta tua causa turpi totus feraris in aduersarium. dicit enim Cicero in quodam loco, etiam Fabius: Optimum genus esse euadendæ rei, si aduersariū uel pari uel maiori crimine obuoluas. quomodo id conficiatur, suo ordine dicemus.

Si honestum causæ genus, &c.

Principium quod suprà nominarat Proemium, in re honesta obmittere possumus: quod auditoris animus nisi sit improbus, honestati ultro succumbit: et in animū boni uiri, uel si nuda sit honestas, illabitur. Et quēadmodū uima

uino uendibili hedera suspensa opus non est: Ita ueritas, quo est simplicior, hoc eius oratio est efficacior: ut eleganter alicubi Eras. ait. Verum nihil prohibet, quin exordio & hoc loco utamur: quod Cicero in extu prosequitur, cum dicit:

Si uti uolemus, aut id, &c.

VSUS principij in hoc genere circa duo uersatur: uel ut doceamus causam esse honestā, uel ut simplici rerū expositione cōtentifimus. De primo exemplū, ubi aliquis est eligendus ad munus ciuale. Nō patitur cause querimus honestas, ut diutino uos principio sustineam. siquidem cū ciuale hoc munus uacet, quo modo nō fuerit honestissimū, eū eligi, qui nomine, fama, arte & probitate p̄æ cæteris sit famigeratus magis.

Exemplū alterius. Duo nobis tractanda occurruūt iudices, quorū alterum publicā, alterū priuatā utilitatē respicit. super utrisq; breuibus, quae sentio, dicam. Nec enim obscurū est, quid uos sc̄qui conueniat: postquam manifeste patet, quae in utraq; reuersetur honestas.

20 A Lege.)

Exemplum. Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur. proinde cum procuratori Valerij debitam pecuniam iamdudum dissoluerim, iniuste facit, qui eam denuo perget impetere.

Aliud exemplum à Lege. Constat pro iure consulti uerbis, natura prohiberi, ne cum alterius iactura alter

fiat locupletior. Cum autem fundum meum Titio ex errore dederim, credens me ei fuisse obligatum: naturali æquitate nixus, rem meam repeto, quam errore soluisse compertū est. Apud Iurecōs. omnia sunt referta exēplis.

A scriptura.

Generaliter accipe quamcunq; scripturam, siue ex autoribus allegetur, siue ex alia recepta sententia. Quod autem hic putant Commentatores, intelligi scripturas obligatorias: non est uerū. quia scripture appellazione apud idoneos autores, cautiones 10 obligatoriae non ueniunt. Vnde de huiusmodi cautionibus tractabimus in tertio genere.

Exemplum à scriptura.

Præclara est maiorū sententia, nulli rei sufficere eū, qui multa simul complectatur. Siquidem in Orationibus Cicero, unum uix ferre paucos posse inquit, utrumq; neminem. Nolite ergo mirari Patres, si cōtradixero, ne ^{† officialem} hunc in Reipub. nostræ [†] affinionem eligatis, qui alijs pluribus & dominis & rebus est astriclus, &c. Hanc doctrinam Ciceronis, concionatores diuinorū uel eo nomine sectantur, quod semper præponunt themata seu sententias aliquas receptoras, quibus corpus sermonis tanq; ²⁰ detexunt ex stamine, uel tela [†] depexant, dum tamen nihil imper tinētis misceāt. Sed hæc est rara avis. sæpen numero enim audimus præponi sententias, quæ tam à corpore concionis abhorrent, quam album à nigro.

Vel

Vel ab aliquo firmissimo no-
stræ causæ, &c.

Quid enim est pulchrius in controuersijs, atq; ra-
tiones, quæ firmiores sunt, eas ab initio præpo-
nere? Quo nomine nō male sensit Canon in C. Vnico, de
Litis con.lib. 6. cū uult propositare iudicata, uel trans-
acta, impediri litii ingressum. Sed nequissimi aduocati
huiusmodi firmamenta ad finem consuevere reseruare,
ne statim lis moriatur, & ut crescant expensæ.

Exemplum. Non est iudices, quod in hac causa an-
xie disceptem contra aduersarium, quem t inuictus ar-
mis primo in limine t prosternam, nempe rei iudicatæ t teneo
monumentis, quæ allego, quæ produco, quibus iugulum
aduersarij peto, &c. Item aliud.

Et si quæ ab aduersario obiecta sunt, iudices, uarijs
possem argumentis infirmare: uno tamen tanquam uali-
diſſimo ariete totas eius prosterno machinas. Siquidem
præscriptionis iure securus sum. Nam à quo tempore su-
per fundo conuentio facta est, decem iam annis sine ulla
aduersarij contradictione, rem ex titulo iusto, ex bona
fide possedi. Solent aduocati prouidi, cautiones obligato-
rias, uel testamenta loco actionis producere: restutissi-
ma, ex probato aduocato digna.

Quoniam igitur docilem, &c.

Hoc idem docuit Cicer. in ueteri Rhetoricalib. I. Vo-

lens eo maxime loco docilem facere oportere auditorē,
si genus sit obscurum, id est inuolutū. proinde dicit Tra
pezuntius, in genere honesto beneuolos, in humili atten
tos, in obscuro dociles esse faciendoſ. Quint. lib. 4 ca. 1.
haec tria in principijs esse potissimum testatur: nec ſolū in
principijs, ſed etiā per totam actionē controuerſiā eſſe
cūſtodiendam. nam illic iudicis animū aperimus, ut in
trōmittamur: hic ſuſtinemus, ne negligamur.

Si pollicebimur nos de re-
bus magnis.)

V Ergilius 9. Aeneid. Vos, o Calliope precor, aſpi
rate canenti, Et mecum ingentes oras euolui
te belli. Idem Verg. 3. Georg. Tu quoq; magna
Pales, etc. Et alibi: Maius opus moueo. Cicero pro Sexto
Roscio: His de rebus tātis, tamq; atrocibus, neq; ſatiſ ſe
commodè dicere poſſe teſtatur. Idem pro Sestio: Non ag
gredior ad illa maxima, & ampliſſima, priuſquam do
cuero. &c. Herodianus cum cōmendaret ſuam hīſtoria
de ueritate rerum, ſperat non iniucundam ipsarum co
gnitionē, quae magnae ſint & ſitu dignae. Sicut Lucret. 20
lib. 3. Omnia nos itidem depaſcimur anteadicta.

Nouis, &c.

Terentius in Phormionis Prologo: Nunc quid uelim,
animū attēdite apporto nouā Epidicazomenon quā
uocāt comœdiā Græci, Latini Phormione nomināt. Sic
Lucr. l. 4. Atq; haurire iuuat, nouosq; decerpere flores.

Inuſt.

Inusitatis, &c.

*Quia inusitata facile miramur, hinc Lucret. lib. 4.
Auia Pieridū peragro loca, nullius ante Trita solo, iuuat integros accedere fonteis. Ceterum nouisse conueniet, nouis & inusitatis non facile utendum, nisi sint evidenti commendatione digna. Quia omnia noua sunt cum periculo, dicit Iureconsul. in l. Si negotio: & inusitata detestamur, dicit alter Iuriscons. in l. de Senat.*

Aut his de rebus, quæ ad rem-
pub. pertineant.)

Exemplum in Cicerone pro L. Flacco, Non estis de Lydorum & Phrygum, qui hoc compulsi uenerunt, sed de uestra Repub. iudicaturi, de ciuitatis statu, de communis salute, & de spe honorū omnium. Exempla quilibet fabricet pro arbitrio.

Aut ad eos ipsos qui audient.)

Ta facit se penumero Cicero, qui sorte pariis quam defendit, docet coniunctam esse cum causa iudicū. Hoc egregie obseruat Vdalricus Huttenus ad Carolum, in multis locis: ubi docet, causam suam esse cum Cæroli causa coniunctam, immo cum totius Germaniæ. Sic Cicero pro Murena, precatur ut beneficium suum cum iudicium & omnium ciuium salute tueri possit. Et idem Cicero pro Rabirio: Sic enim existimare debetis Qui-
rites, post hominum memoriam, rem nullam maiorem,
magis.

magis periculosam, magis ab omnibus uobis prouidentiam, ad populum Romanum esse delatam, &c. Sic exordietur, qui defendere uolet uirum literatum, ne ei muneris obnuncietur, summum Reipub. commodum dicet ea in re uersari. proinde prouidendum, ne quid temere, ne quid ex iniuria committatur.

Aut ad Deorum immortalium
religionem.)

Hoc in genere uersantur concionatores, cū Christi 10
stī fidem, cū diuos Heroēs magnificant uerbis.
Cicero pro Domo sua ad Pontifices, inter alia
hortatur ut current, ne Deorum religione perditi Magi-
gistratus se arment: aliās futurum, ut aliæ ceremoniæ,
aliij antistites, aliij religionis interpretes sint requiren-
di. Ruffus Festus cum exordiretur: Imus (inquit) in a-
stra Iouis: monitus Iouis omine cœlū, Et Iouis imperio
mortalibus æthera pando.

Vt attentè audiant.)

Quod faciunt Comici: Adeste, precor, & quo animo, fa- 20
uete linguis, &c.

Et si numero exponemus.)

Quod facere solent Poëtæ, ut Verg. Arma uirumq;
cano. Sic Statius: Fraternas acies, cognataq; prælia pan-
do. Et eleganter Lucanus: Bella per Emathios plus q; ci-
uilia campos, lusq; datum sceleri canimus: &c.

Anostra

A nostra persona.

Intelligit non solum personā litigantis, sed etiam patrōni, ut postea dicam, teste Fabio & Trapezuntio.

Si nostrum officium sine arrogātia.)

Exemplum. Si ullis unquam Rempub. uestrā officijs affecerim iudices, quae tamē modica esse ipse agnoscō: animum tamen meum qua fide in uos sit, hac præsentī causa quāmmaxime cognoscetis, &c. Item aliud.

Ita mihi, nescio an natura, an consuetudine, comparatum est: ut in amicorum negotijs (quod citra iactantiam dictum uelim) semper uigilantior, quām in proprijs fuerim. ut co minus miremimi iudices, si amici mei causam tanto nixu, tanto ardore defendendam suscepimus, &c.

Aut in Rempub. quales fuerimus
in parentes, amicos.)

Merito Reipub. officia parentū pietati præfertur, quia parentibus Romanis, ut dicit Iureconsultus Paulus, semper antiquior fuit disciplina reipub. charitate liberorum. in l. Postliminijs. ff. Filius. Et Marcellus alio loco, filiū præmio afficiendum dicit, quē patrem patriæ proditorem interfecit. Exempla autē fingere nō est difficile ex superioribus. ut si dicas: Parentem defensurus uenio, quid magis piū à quoquam fieret?

Aut

Aut in eos ipsos qui audiunt.)

IN hoc cautus sis, ne effrene hunc locum intelligas,
maxime in iudicijs, in quibus nefas est officia præ-
stare iudicibus. Vnde intelligas, si forte Iudices com-
modo affeceris, tamē quia causas bonas attulisti, uel quia
semper breuis, uel quia statuta Consistorij seruasti, pe-
percisti cōuitijs (quod iubet Imperator) non fatigasti Iu-
dicem. Hæc & similia sunt, quibus à persona tua ad Iu-
dices benevolentia captas. Nouisti Iudices consuetu-
dinem meam, qui uos fatigare non didici, oculos uobis 10
non præstrinxi fucatis uerbis ac præstigijs: laceſitus nō
refricui, deferendo honori uestro.

Ad eam ipsam rem, &c.

Habes pulchrū exemplum in Cicerone pro Flac-
co, qui præfatur sese in maximis Urbis pericu-
lis, grauiß. Reipub. statu, cædem à ciuibus, à li-
beris, uastitatem à templis, ab urbe, adiutore Flacco de-
pulisse: ut sic speraret, sc̄ potius Flacco in honore adiuto-
rem, quam in miserijs deprecatorem futurum. 20

Inopiam, &c.

Sic Cicero pro P. Sylla, optat, ut is ante a suæ digni-
tatis splendorē obtinuisset, & post calamitatē ac-
ceptam modestiæ fructū percipere potuisset. Sed
quoniam c̄iſus infestus ita tulerit, ut in ampliſ. honore,
inuidia

inuidia communi, odio singulari uertetetur, & ne suo quidem supplicio, animos quorundam satiare potuisset. Sic & Cicero pro Milone, cōmiserationem in principio pulchre mouet: ex alibi, &c. Accipe exemplum uulgatum. Fuerit sanè iudices, hacenus fortunæ ludus, quæ ex diuite pauperem me fecerit, cladibusq; innumeris presserit innocuum: uestra tamen retulerit, ut qui sitis uiri integerrimi, meas miserari calamitates, propensiusq; in meā causam intendere, quo sum pauperior. Nec enim uereor, quod Ouid. dicit: Curiā pauperibus clausam esse. Vestra enim ea est dexteritas, ut pro consilio Agapeti Rhetoris, in opis causam uigilantius quam diuitis audire confueueritis. Cicero in Orationibus, cum pro Quintio precaretur, tenues eius opes, nullas facultates, exiguae amicorum copias exhibuit.

Et si orabimus, ut nobis.)

Exemplum. Veniant alij comitati amicis, cognatis assistentibus: ego iustitia comitatus compareo. nam quid attinebat, extrarijs me munire præsidij, qui in unam confido iustitiam? à qua stare didici, eiq; omnem iudicij aleam committere.

Ab aduersariorum persona.)

Quod suprà dixeramus, in persona nostra etiā inteligi patronos: dicit Fab. li. 4. nō modicū habere momēti,
si p-

Si patronus de se præfatus fuerit, dum tamen pauciora id
et sit, et parcus. sic enim uir bonus credetur, et præ-
sumetur pro causa iustitia: quo genere saepe sumus usi in
practica. Cicero aliquando usq; ad fastidiosam iactantiā
hoc loco se diffundit, dum suum ubiq; iactat consulatum,
et Catilinæ negotium circunfert. Tu adde ad textū no-
strum ex Fabio, loco prædicto: non esse inutile, si ex no-
stra paruitate, ex nostra simplicitate benevolentiae locū
trahamus: quasi infirmi et impares simus aduersarij in-
genio, cessurosq; ei, nisi iustitiae nostræ firmitas nos ani-
maret. Sic pleraq; esse Messalæ proœmia scribit. Siquidē
pro laborantibus naturali quodam nos fauore inclinari:
Iudicesq; quibus dexteritas cordi est, in eorum causam
intendere, qui suæ iustitiae nō timeant. Ex quibus conse-
quenter aliis enascitur locus, ut eloquentiae artificiū te-
gamus, nudeq; et simpliciter, ac uelut neglectè exordia-
mūr, cuius fortasse hoc erit Exemplum. Artificij pi-

Exemplum gmenta, fucosq; et sermonis imposturas huj quærāt, qui
ueritati causæ diffidunt: qui cum Parmenone Terentia-
no, munus nisi uerbis adornatum offerre nō ausint. Ego 20
securus præstigiarum huiusmodi, nudo sermone, Iudices,
uerbis apertis et simplicibus causæ meæ fundamenta
enarrabo uobis, et c. Hoc quoq; Quintilianus dicit esse
consultum, si amoliamur suspicionē sordium, odij, ambi-
tionis, nec nos ulla alia q̄ officij uel necessitatis causa ad
dicendum uenisse. Docet porro Trapezuntius, inuiner-
sum

sum circa hunc locū: Ut quæ de incommodis, inopia, calamitate, alijsq; id genus dicuntur, in exordijs nō amplificemus, sed ueluti degustemus. Ceterum ad Perorationem, ac conclusionem causæ, ea adseruetur amplificatio, quo loco affectus appositiss. commouentur. Postremo ne uideatur aduersarij persona neglecta, cōsulit Trapezuntius, ut nō minori accuratione aduersarius à sua persona benevolentiam captans, diluat & attenuet ea quæ ex altera parte sunt deducta. Ut sic neget ea incommoda, 10 neget inopiam: neget officij uel necessitatis, sed quæstus, sed lucri causa uenisse: & itam contrarium ducat, quæ pro benevolentia alijs differuerit. Consilium in tota Rhetorica animaduertendum.

In odium rapiemus.)

Fabius lib. 4. cap. 1. dicit aduersarij personā pro pè ijsdem omnibus, quæ suprà diximus, sed in contrarium ductis, impugnare solere. Nam potentes, ait, sequitur inuidia: humiles & abiectos, contemptus: 20 turpes & nocentes, odium. Nouisse hoc loco conueniet differentiam inter odium & inuidiam. siquidem odium ex alterius flagitijs, inuidia ex eius fortunis erumpit. Nā scitur enim odium (ut dicit Plutarchus in lib. de Odio et inuidia) ex opinione, quā habemus quod malus sit quispiam, uel ad omnes, uel quantū ad nos attinet. Inuidient uero ijs, q̄ fœliciter uiuere uidetur. quapropter inuidia

d inde

inde terminata est recte, sicut oculorū ægritudo ad omne splendorem. Odium enim aliquando iustum est. ut, Odiū ecclesiam malignantium: inuidia nunquam accusatur.

Si quid eorum spurce.)

Recè olim Isocrates dicebat, mentis imaginē esse orationem, & Iurecons. ex sermone hominū mores cognosci, uel turpes uel honestos. Exemplum. Quid per Deum immortale, iudices, tota aliud oratione aduersarij audiuitis, quam quod hominē ostenderet impurum, imprudentem, & omni contaminatum: flagitio? non hic dico quanta temeritate, quanta insolentia insanierit: hoc unum quo pacto feretis, quod intolera bili fastu, grauiſſ. supercilie, ita insolescere uisus est, quasi decreta uobis pro imperio describeret, &c. Cæsar apud Lucan. lib. 1. in odiū trahit pop. Rom. ab crudelitate & ingratitudine, quod contrā eum, qui tamen Galliam subegerit, urbs tumultuetur: ac si Poenus transcederet alpes Hannibal, implerentur ualido tyrone cohortes: In classem, inquit, cadit omne nemus. terraq; mariq; Iussus Cæsar agi, &c. 20

Si uim.)

Quod Cicero pro Milone in principio formidabat, licet in suum usum postea conuerteret.

Potentiam.)

Hoc pulchre attigit Cicero pro P. Quintio, cum duo sibi obstat præfatur: sumnam gratiā, & eloquentiam parem

parem in aduersarijs, quarum hanc, nempe Q. Hortensij uereatur: illā uero, ut pote S. Næuij pertimescat. Quādo utraq; hæc in se et Quintio sint mediocria: siquidem nullæ facultates Quintio, sibi uero parū ingenij suffragetur, etc. Dicemus ergo in uniuersum, ut uoluit Trapezuntius, simplices nos esse, infirmos, impares fortunis, circūueniri nos nō oportere à potētibus, eloquentib. etc.

Hospitium.)

Erat olim magnus hospitiorum fauor, cū amicus ab amico hospitio exciperetur: officij erat, si quo paulo honestiores diuertissent. tenues tantummodo ex semissimum homines in cauponas diuertebant. Propterea hospites habere, fuerat magni momenti apud veteres. Exemplum. Urgeor iudices, non causæ periculo, sed aduersarij comitatu, qui ad iudiciū quasi ad exercitum uenit, dum suos uel amicos, uel sodales, uel clientes uel cognatos collegit. Vincimur ergo aduersarij soliditate, in quam potiss. sperat: at causa non uincimur, quæ tota pro nobis pugnat.

In contemptionem adducemus.)

Sic Cæsar apud Lucanum loco prædicto: Veniat dux longa pace solutus, Milite cum subito, partesq; in bella toga tæ, Marcellusq; loquax, et nomina uana Catonis. Et tota hac oratione lepidiss. nunc contemnit, nunc in inuidiā trahit. A potentia, ut ibi: Quem tandem inueniat tam

d 2 longa

longa potentia finem? Nunc à crudelitate in odium trahitur: ibi, Utq; feræ tygres nunquam posuere furorem, Sic & Syllanum solito tibi lambere ferrum, Durat Magne sitis, &c. Cicero Vatinium testem ita contemnit, ut dicat, neminem tum ut grauem aduersarium refutandū, aut ut religiosum testem rogandum arbitrari, & nāmū quām in eum inuehitur, suprà quām eum hominem decuit. Captatur aliquando benevolentia ex cōtemptu aduersarij, ut simul etiam totius causæ iugulum petatur. Sic Scaurus, dum accusaretur repetundarū, totam controuersiam per hunc locum dissoluit: Tu me, inquit, deliquisse criminaris, Scaurus negat. utri iudices credetis? qua una contentione Scaurus uicit, Plin. de Viris illust.

Lib. 8. cap. 1 Item & in Valerio lib. 3. titulo De fiducia sui. Cum accusaretur Scipio à Petilijs, coronatus, suggestu consenso: Hoc, inquit, die Carthaginem leges accipere iussi. proinde æquum est, uos ire supplicatum mecum dijs immortibus. Quibus uerbis tota accusatio dissoluta est, & deserti accusatores. Valer. loco superius adducto.

Ab auditorum persona.)

20

Hec præcepta modestè seruanda existimari, maximè pro Germanorum moribus: quibus hiusmodi iudicu[m] assentationes difficile recipiuntur. Sed & Fab. lib. 4. cap. 1. Laudandum esse iudicem monet, cum modestia. Et ut Trapezuntius, sine assentationis

tionis suspicione. Cuius forte esse hoc sit exemplum: Gau-
deo id mihi Iudices, à fortuna datum, ut postquam mihi
cum aduersario litigandū est, uos potius quam alios ha-
bere Iudices contigerit: qui pro uestra integritate, non
ex personarum fauore, sed ex causa meritis iudicare con-
sueueritis. Et monet hoc loco Fabius, si laudare iudicem
consilium sit, ut laudem eius cum causæ tuæ utilitate con-
iungas. Ut si honestæ existimationis sit qui litigat, exor-
diere ab obseruata in iudice dignitate. sic ego Fab. intel-
ligo, si sit litigator humilis uel inops, ex iusticia in iudi-
ce seruata præfaberis: Si infœlices sint qui litigat, miseri-
cordia cōmendetur: Si læsi sint, iam seueritas iudicis lau-
dabitur. Cuius forte hoc sit exemplū. Quod optandum
est uiris insignibus, si in lites incident, ne scilicet abieclis
iudicijs fatigentur: hoc in uobis Iudices, melior fortuna
huic reo tribuit. siquidem dignitatis, eminētiæ, prouide-
tiæ uirtutem cum considerat, succumbere iudicio uobis
definientibus (si ita necesse sit) mauult, quam coram sor-
didis per corruptelas uicisse. Item aliud. Et si non
20 ignorem multa esse, quibus uestra integritas Iude-
ces, commendari merito debeat: hoc tamen præcipuum
esse nemo est qui inficiatur, quod humilibus, abieclis,
deploratis hominibus, quo forent magis obtriti, eo o-
perosius iustitiam administratis. Et ita de cæteris,
quæ sunt coniuncta cause, exempla fingite. Quapro-
pter obseruari iubet post Fabium Trapezuntius, ut mo-

res iudicū & naturæ cognoscantur. prout enim asperis
lenes, iucundi, graues, remissi, duri sunt, laudes eorū hu-
ijsmodi conditionibus attemperandas iubent. E regione
si forte iudicis mores nobis resultent, uel repugnēt, pro-
uidendum ut oratione eos mitigemus, contrarijs eos af-
fectibus dicendi uehementia præparantes. Ut si iracun-
dia, clementiam: si crudelitas, misericordiam oppona-
mus. quod ipsum exemplo exerceri non erit difficile.

Exemplum. Nemo est iudices, qui non cognoscat
se penumero necessitate fieri, ut uel inclemencia uel ira-
cundia exasperemini. tot enim uos circumstant negotia,
tot procellarū fluctibus agitamini, ut mirari potius mē-
tis constantiam, quam subitaneos aliquando motus cul-
pari conueniat. Verum esse aliquando clementiæ locum,
laborantiū fata exigunt, etc. Et sic subsequeris, laudan-
do clementiam in iudice. Admonuit porro Fabius loco
prædicto, nonnunquam ex causæ quæstionibus ea locan-
da, ea mulcenda, quæ sint ad conciliandū iudicē poten-
tiis. De quo exemplū sume. Spolijs causam ad uos iudi-
ces, deferimus, spolijs inquā iniquissimi, quo nec facto nec
exemplo hac in tali prouincia quicquam crudelius ante-
hac euenit. Quia in causa nihil nos tam cōsolatur, q̄ quod
hiusmodi criminū implacabiles estis animaduersores.

Quæ iudicij expectatio.)

Hoc loco frequenter Cicero utitur in Orationibus. Vi-
detis iudices, quomodo plebs concursu omnia compleat,
subsel-

subsellia. quid aliud, quam quæ optima semper in uos estimatio fuit? nunc uel in hoc iudicio integritatis, grauitatis, constantiae uestræ censurā expecto. Et ad hūc modum similia fingite. Docet præterea Fabius, aliquando fieri, ut Iudex alteri parti inimicus sit, amicus alteri. Quem euentū utriq; parti tractandū esse in exordio: ut is, cui inimicus est Iudex, fauorabilem faciat: et alter qui Iudicem amicum habet, ad rectitudinem hortetur. Dicitq; Fabius, eam hortationem eo esse magis necessariam, quo iudex parti sit propensior. Nā prauos iudices aliquando uel dedita opera pro inimicis uel iniuste iudicare, ne putentur ex amicitia iudicasse. Aulus Gellius cum inter amicos datus esset Iudex, noluit iudicare, ne ex partibus alterum inimicum faceret. Iam uero & hoc inter præcepta collocandum est, ut litigantes maximo pere uitent, ne quid odiosi in Iudicem nō modo palam dicant, sed ne quid omnino intelligi possit: dicens, hoc stultū fuisse admoneri, nisi fieret. Non tamen negat Fabius, metum aliquando iudici adhibendum, sed cum modo. prouidendū scilicet eis esse, ne male populus de eis sentiat, & ne ab eis iudicia trāsferantur. Imò & asperius aliquando iudicis iniquitatē coercendam, si forte corruptionis uitio laborarit. sic & Cicero in Verrem, iudicibus committatur, in VII actione: Deliberatū est, inqt, si res opinionem meā quā de uobis habeo sefellerit, nō modo eos persequi ad quos maxima culpa corrūpendi iudicij: sed etiā illos,

ad quos conscientiae contagio pertinebit. proinde si qui sunt, qui in hoc reo aut potentes, aut audaces, aut artifices ad corrumpendum iudicium uelint esse, ita sint præparati, ut disceptanti pop. Rom. mecum sibi rem futuram uideant, &c. Putat enim Fabius, has minas explicandas esse coram multitudine iudicum, & in concilio ampliore: quod utrumque sit tutius, ut sic mali inhibeantur, & boni gaudeant. Verum apud singulos iudices ita efferuescere non suadet, nisi omnia alia remedia deficiant. In iure nostro qui iudex putatur suspectus, ei suspicio palam ingreditur: eligunturque arbitri, qui de suspicione cognoscant.

A rebus ipsis.)

Sic Cæsar apud Lucan. in 1. lib. Nec numina desunt: Nam neque præda meis, nec regnum queritur armis: Detrahimus dominos, Vrbi seruire parati. Apud T. Liuium, & historicos plena omnia sunt: cum milites ad prælrium accenduntur: cum causa belli nobis iustissima, aduersarij iniusta esse pronunciatur. Faciunt hoc uulgo aduocati, cum aduersarij causam extenuant, sublata sua: negotium eorum inquirentes literis, monumentis, testibus, fama, cōmuni hominum opinione, & denique ipsa evidētia fulciri, ius eos habere indubitatum. hoc solum iudici cœundū, ne patiatur aduersarij refugia: qui omni præsidio exarmatus, nihil nisi proferre causam querat: ut qui incertus quem in portum feratur, omnia miscere, turbare,

turbare, ambigua facere, inuoluere contendat.

Auctuariū

Sunt præterea non pauca in benevolentijs trahendis, ad textum uel ab his quæ extra causam sunt aduertēda: ut uidelicet superiorē. curemus ea fieri, quæ bonis uiris probētur, auersemurq; ea quæ inimicis nostris optabilia essent. Quod Nestor dum Agamemnona & Achillem conciliaret apud Homerum, fecisse traditur: Priamum dicens & filios gauisuros, si eorum contentionem didicerint. Est porrò aliquādo à Tempore sumenda exordiendi materia: ut pro M. à tempore.

20 Cælio Cicero, cū amoliretur suspicionem, quare potiſſ. festis diebus, ludis q; publicis hoc iudicium exerceatur.

Item à Loco. Sic Cicero pro Deiotaro rege hospite suo à loco. conqueritur, quod causam tanti regis non in foro, non in basilica, in consistorijs, sed inter domesticos parietes, coram Cæsare tractare cogit. Item ab Habituo, id est, ab habitu. à qualitate circumstantiarū: quod pro Milone Cicero fecit, cum causatur confessum Iudicum non ea esse corona cinctum, ut fieri assolebat. Insolita enim eum stipare militum armatorū frequentia. Item ab Opinione uenamur ab opinio-

20 benevolentiam. Sic Cicero in Verrē secunda actione, ne ne.

minem ignorare arbitratur, eam uulgi potiuliq; Rom. opinionē fuisse, Verrem altera actione non esse responsum. Hæ circumstantiæ bene obseruatæ sepe ingentem comparant oranti & fidem & benevolentiam. Quos locos Fab. nominat, Adiuncta personis: Trapetzūtius, Ex causa esse, & uideri extra sumpta. Inuenio etiam aliud

adiuncrorum genus, quod & ab antefactis, & ab his sumit, quæ tanquam facta habentur. Huius tres sunt species, partitio, exuperatio, confectio. Partitione trahimus benevolentiam, cum dicimus, potuisse nos et alterius sceleris reos fecisse, sed contenti hoc quod uersamus crimen, nolimus aduersarios cruciatu onerare, cum unius criminiis sumpta poena sufficiat. Ediuerso cum dicimus, longe antea tēpus fuisse, ut is puniretur, qui tot flagitijs sese contaminauerit, atq; adeo in facinore hoc nouissimo locus dissimulationi non relinquatur. Item expellendum à munere hominē hunc, cui toties sit pars, toties sua temeritas sit dissimulata, qui nihil tamen magis frugi appareat. Item non esse Tarquiniorum genus unquam Romæ tolerandum, qui quod pudiciss. fœminæ Lucretiæ nefas intulerunt, ab eo nunquam deinceps abstenturi præsumerentur. Item ab Exuperatione locus defensori competit, licet parum cōmodè Trapezuntius accusatori tribuat. Dicet defensor: tantum abesse, ut de hoc crimen sibi timeat, ut etiam mercedem expectet. Quæ merito dicitur Exuperatio, quia superat opinionem accusatoris & iudicū. Item dicet defensor, tam se non esse sollicitum, quomodo se defendat: ut etiam ex hoc ipso accusationis genere ansa offeratur, accusatores ultro criminandi. Quo loco frequenter utitur Vdalricus Huttenus, in oratione ad Carolū contra Papam. A Confectione: hūc locum Trapezuntius dicit esse potissimum, si occurrat:

rat: cum quæ facienda suademus, ostendimus haberi pro iam factis. Ut si dicas: Oportere omnino poenam de accusato sumi, qui iam populari tumultu pro damnato habeatur. Hunc locum tenuit Pilatus, dum Christum damnaret. Iudei enim inualecebant uocibus. Hic locus in deliberatiuis est potentissimus, cū contendimus omnino fieri debere, admitti debere pacta foedera cū hostibus, quæ iam pro factis habeantur à populo, à militibus. Et haec tenus esto finis circa principium exordij, cum hoc non uissum admonuerim, remouēda eſſe obſtacula in exordijs, ſi quæ occurrant extrinſecus, quæ iudicem terrere poſſint. Ita Ciceroni pro Milone obſtabat, insolita illa militum cinctura, de qua ſuprà diximus, quam uim artificio orationis in uſum ſuum conuerterat, inter alia inquietens: Adeſte animis Iudices, & timorem ſi quem habetis deponite. nobis militant, nos tuebuntur, qui nos cingunt. Et tamen ipſe Cicero uehementer timuit, ut poſtea ipſe teſtatus eſt.

30 Deinceps de inſinuatione
aperiendum.)

INſinuatio eſt clangularia, obliqua, flexaq; ac latens quædam circuitio, ad capiendum Iudicis animū, quæ aperta fronte, rectaq; uia nō conciliaretur. Vnde occulte in animum surrepunt homines locutuleij, & ab incauto ac improuido animum uenantur inſclum.

Tria

Tria sunt temporum.)

Si negari turpitudo poterit, nō est insinuandum, ut iubet Trapezun. sed principio utendū maxime ab exuperatione, ut in exēplis suprà positis. Sic Scātū fecisse heri diximus. Quid attinet, dices, uerbis religionem iudicis fatigari, cū uel me tacente innocentia facti pro me clamaret, quando laudat̄ me & conuersationis institutum longe meliora præsumit. Cæterum si negari non pos̄it turpitudo & probabiliter, non est principio utendum, nec crimen negandum. manifesta enim negare magis odium adducit, quam benevolentia. Quo loco si commoditas tibi afferatur aduersariū in odium rapendi, ut sic crimen tuum leniatur, consultit Trapezuntius. Exempla ei loco suprà posuimus. Sed si nec hoc tibi succurrat, iam adhibe remedia Ciceronis, quæ sequuntur.

Aut cum animus auditoris persuasus.)

Hoc est, quod quidam reus clamauit: Et debeo, Iudices, pro damnato haberi, quod saluus Orator bene dixerit.

Aut cum defessus.)

Quod multitudine uerborum aduersarij cognoscitur, uel auersis gestibus iudicū intelligitur.

Si causa turpitudinem.)

Cicero, uel quisquis hic autor fuerit, duos hic locos in sinuationis ponit, quos uides. Item Fabius in 4. qui dicit:

cit: Si causa laborat, persona subueniat: et si persona, cau-
sa. Quamuis plenius Cicero in ueteri Rhetor. lib. 1. qui
quatuor docet rationibus exordiendum esse, in hoc gene-
re, ut homo pro homine, res pro re, res pro homine, ho-
mo pro re interponatur: id est, is homo, in quo offendit
tur auditor, aliū interponat hominē qui diligitur, & ita
de alijs. Videamus de exemplis, cum pro homine homo
alius interponitur: Finge Titium ad hoc niti, ut muneri
administrando præficiatur. Is cum parū aptus sit, inui-
susq; & nō acceptus patribus, insinuatione utetur, ma-
iores suos allegādo, præclarè de Repub. meritos, quorū
intuitu se præferri petit. Titus Liuius li. 7. Quartæ De-
cados in principio tradit, L. Scipioni etiam dum consul
esset, non fuisse decretam prouincia Græciam & Asiam
contra Antiochum, nisi P. Scipio Africanus se Legatū ei
obtulisset: ut si non consulis, saltem fratri sui industriā
obtenderet. Hinc ueniunt literæ commendaticiæ, cum ad
aliqua assequenda nitimur. Exemplum aliud.

Turnus apud Verg. 12. Aeneid. cum ab Aenea prosterne-
20 retur, rogabat, ut uel senis patris Dauni intuitu Aeneas
sibi parceret, qui & in patrē proprium pius esse consue-
uisset. Potest & is locus aliter tractari, cum pro reo qui
criminis arcessitur, aliorum hominum benemeritorū fa-
uor ostenditur, hoc modo: Sit sānē hoc crimen Flacci in-
gens & atrox, tanta tamē sunt fratrū & cōsanguineorū
suorū merita, ut nō iniuria hæc præclarè gesta criminē

+ industria
attendere-
tur.

accu-

accusato præferantur. Nos ita à supplicio capit is reū defendimus, ante plures annos. Sparserat is famosos libellos, in quibus uicinū dixerat esse furem: & iam orco destinatus erat, nisi intuitu matronarum intercedentiu, & uxoris prægnantis, me orante, liberaretur. Alia est insinuandiratio, cum pro re turpi, quæ impingitur, alia extrā sumitur res honestior, quæ est inoffensi nominis, hoc modo: Ea est in mortalium miserabili conditione nō modica pro rerum uiciſſitudine felicitas, ut et si aliquando cadant (quis enim non est lapsui expositus?) benefactorum, quæ in Remp. impenderint, fructum sese speret percipere. Hæc res me animat, Iudices, ut hunc reum defendendum suscepérī, non qui crimina pergam defendere: nolite Iudices, hac me leui nota expendere: sed qui exasperatos animos uestrós lenitate emollire eo maxime nomine laborē, quod in memoriam uobis ingero, insignia huius rei benefacta. hoc enim ut memineritis precor, quam uigilanter reip. commoda souerit, auxerit: fortunis, uitæ, rebus non pepercerit, ut in nos omnes beneficius probaretur. Agite Iudices, nolite cōmitere, ut tot benefacta uno, & eo non magno crimine, absorbeantur. M. Manlius cum affectati regni accusaretur, multarū rerum egregiè gestarum ornamenta, hostium cæsorū spolia, seruatorū in bello ciuiū coronas, oratione magnifica protulit, pectus cicatricibus plenum nudauit: ad Capitolum, quod contra Gallos seruauerat, subinde manus, ocu- los

los tendens, efficere cōtendit, ut praeoccupatis beneficio
 animis Po. Ro. uno criminis locis nō esset. Liuius lib. 6.
 Decad. 1. Huius loci etiam D. Hicron. meminit in Apolo-
 gia cōtra Iouinianū, cum dicit: sicuti uiri fortes in cōtro-
 uersijs solent facere, culpam præmio redimere. Sacer-
 dotū nostrorū ex hoc loco solennis est cōmonitio, elec-
 mosynis peccata esse redimēda: et iubemur sanè ex mā-
 mona iniquitatis, amicos facere. Tertia insinuādi ratio,
 quæ & à nostro autore memoratur: cum pro re turpi, ho-
 minis prætexitur honestas. quod uideobifariā fieri pos-
 se. Aut enim aliis pro crimine homo obtenditur: & tunc
 is locus in eū incidit, qui suprà recensitus est. Aut ipsius-
 met hominis criminosi melior nota allegatur: & is est
 locus noster, cui etiam potest accōmodari exemplū Man-
 lij, suprà dictū. Aliud exemplū. Criminū cōmissorum
 piacula et si semper sint detestanda (quis enim uir bonus
 eadem tueretur, quæ sua se turpitudine subuertunt?) sed
 solet sæpenumero uitæ honestas, quæ præcessit, criminis
 cōmissi moderari offensionē. quæ si in quoq; alio recepta
 sunt, hoc in reo cōsiderari maxime pōe cōueniet. Crimē cō-
 missum nō negamus, sed honestatē uitæ prioris obtendi-
 mus. Quis enī nesciat, q̄ laudatē, q̄ sincerē, qua integratā
 te, qua fide, q̄ pacificē, et sine cuiusq; offendiculo iā pluri-
 mos ånos uixerit. Is uirtutū cumulus, quō tātillo isto cri-
 mine interiret? Ultimus est locus, cū res pro hoīc antefer-
 tur: in quo nō est difficile, ex prædictis exēpla effingere.

Si

Si enim leno aliquis fortiter faciat, obsessa ciuitate uirili
ter hostes in muro repellat, & petat præmium, eiq; le-
nocrinum obijciatur: hisce egregijs factis tuebitur se, di-
cens rem, non hominem spectari oportere. Vel si spu-
rius in senatu sit allegendus, eiq; tanquam ex damnato
coitu genito obserfatur: is se rebus bene, prudenter, &
cum fructu in Repub. gestis defendet. Possunt autem spu-
rij allegi, si re & uita honesta censemuntur, ut Vlpianus
docet in l. Generaliter. §. Spurius. ff. de Curionibus. nisi
honestiores haberentur. 10

Deinde rem cum diu auxerimus.)

Non place-
re nobis.

Hunc locum corrupit Ascensius, prauissime eum
intelligens: in quo tamen refutando non fatiga-
mur, cum non sit ea nomenclatura dignus. Cice-
ro hic alium à superioribus separatū insinuationis locū
adducit, quem potestis nominare, à criminis remotione:
qui tunc eueniet, cum criminis modum, qualitatē, &
cir-
constantias inficiamur. Vel si etiam nos deliquisse consti-
terit, nihil tamē simile huic crimi-
ni, quod accusatur, ad- 20
mis-
sse contendimus. Nam si nos prorsus innocentes di-
ceremus, non opus esset insinuatione, ut supra diximus.

Exemplum. Nemo me putet iudices, tam esse à pro-
bitate alienū, ut ea ueniam defensurus crimina, quæ mi-
hi semper maximè detestabantur. Nam crimine adul-
terij, quo is reus accusatur, nihil esse magis nefandum,
uel

uel ipse etiā pronuncio: quod & ultore ferro puniri lex
iubet. Sed nihil cum isto crimine reus commune habet,
etiam si non neget, cum Titia sese consuetudinē habuisse.
Scenica tamen fuit, quae potestatem sui omnibus fecit, in
qua cōmitti adulterij crimē lura negat. I. Si ea. Cod. De
adulterijs. Vel aliter. Post initiū exordij subiunget de-
fensor: Reum, et si fateatur se huic rei intersuisse, non ta-
men eō insolentie progressum esse, quō accusatur: nemini
nem inuasisse, nisi sese defendereret: & sic ubi locus pacis
facienda fuisset, ad pacem fuisse paratiissimum, &c. Qui
bus exemplis satis patere potest circumstantiarum qua-
litas, modus, temperamentum. Potest & ille locus aliter
tractari, tametsi nec Cicero, nec Fabius, nec Trapezun-
tius eius meminerint: ut cum obliquo ductu, id quod ma-
xime uolumus, ea imagine tueri uideamus, ut postea la-
tenter subueniamus ei cui uolumus consultum. Is modus
ab hominum prudentum, & sē penumero ab his qui in
senatu deliberant, quadam naturali industria usurpatus
est. Finge deliberari, An sit à senatu aut munere suo re-
mouendus Titius: tu si Titio faueris, ac subuentum ue-
lis, hac obliqua via exordiere. Non arbitror ullum inter
uos esse, Patres, cui indignū hoc facinus placeat: quod et
mali exempli est, & turbare reipublice tranquillitatem
posset: adeò, quod si omnia nobis integra essent, nō solū
ab ordine remouendū, sed grauiſſima insuper poena af-
ficiendum putarem. Verum uidetis, quām sint inquieta
e ista

istatēpora, quām omnino nihil nobis integrū sit, quām ad factionum turbas facilis uia. Proinde puto in Remp. esse, ut totum negotium hoc tempore amplietur, & in aliud quietius tempus reiiciatur. deniq; si sit in hoc homine effrenior licentia, si simulabimus, animus suus non quiescit: ut ita, si forte in maiori facinore sit deprēhensus, puniri & arctius, & securius possit. Sic Gamaliel uisus est defendere Apostolos, in Actis cap. 5. Hoc loco inuenio egregie usum esse Cæsarē, in Sallustio. qui cum coniuratis tacite faueret, decretū autem esset ut captiui 10 securi percuterentur: Cæsar primo magnificans scelus & crimen, poste a latenter irrepit, non esse sufficientem mortis poenam tanto sceleri, sed cruciandos esse in uita, ut ita captiui retineantur, & per prouincias relegentur, in extremaq; cogantur uiuere calamitate, &c. Sic oratio nouissimè edita pro Concordia, quam puto esse Erasmi: quo loco maximè uidetur niti contra Lutherum, eo maximè cum defendit.

Item si negabimus nos de aduersarijs.)

De maiore
causa, &c.

A Liam insinuationis specie Cicero tractat, quā 20 possumus nominare Locum à comparatione. Memineris autem, uaria esse genera huius loci, ut in processu tractabitur. Intentio autoris est: si reum defendere ea specie, qua suprà diximus, non liceat, ut potest quod crimen manifestū est, alia tūc esse querenda remedia: ut pote quod causam aliquam proferamus, in qua iudicatum

iudicatum sit, quæ sint similes nostræ causæ, uel cædem, uel minores, uel maiores. quas sententias, quæ iudicia, cum nostra causa cōparabimus. Res exemplis patebit.

Facinus rei et si negare non licet, tamen evidētia cum sit cognitum, habet reus, unde se se à poena securū putet. nam cum hac ipsa mulier nonnulli alij congressi, & adulterij accusati per sententiā absoluti sunt: unde iniquū esse, in eo reo crimē iudicari, in quo eodē facto alij sine noxa euaserunt. Hoc loco usus est Cicero pro Q. Ligario: 10 cum docet, Tuberones accusatores eiusdē criminis esse reos, cuius arcessitur Ligarius, quippe & ipsos Cæsarē oppugnasse. De simili causa accipe exemplū. Ut si accuseris sacrilegij, quod pecuniam priuatam ex templo Iouis surripueris: tu alleges Flaccum, qui ipse ex æde Diana suppilarit, & absolutus fit. Exemplum de causa minori. Accusator cum deficiat probatione, iudices, conjecturis crimen probare conatur. & est tamen Iure cautum, ne in ciuilibus quidē causis conjecturas recipi, nisi specialibus casibus. Vnde cum comperiū sit, causas 20 ciuiles esse minores criminalibus, quantum minus in causa nostræ conjecturæ locum habebunt? Sic in negotijs magnis et arduis, ut est matrimonij. item causa status, & si quæ sunt similes, omne genus probationum rei ci potest. Si in minoribus causis non recipere tur, exemplum à minori causa sumptum, eadem omnino dicimus de comparatione à maiori causa: ut si dicas, in maioribus criminib-

bus Iudex per scripturam nō pronunciabit, quid faceret
in hac modica? Sic Cicero pro rege Deiotaro egit, quem
seruus suus insidiarum contra Cæsarē accusauerat: Ser-
uo, inquiens, contra dominū non credi, etiam si in equu-
leo positus torqueretur: quanto magis repellendus, qui
libera uoce accuset dominum?

Et tamen occulte dicemus. &c.

Item sinega-
himus, &c. **I**ste est alius locus insinuationis facienda, cum nega-
mus nos conuictia dicturos aduersarijs, et tamen obli-
què eis alapā damus, & suffricamus. Exemplum.
Evidem Iudices, facile persuadeor, ut accusatorem non
alia quam bona mente ad hanc accusationem processisse
credam, qui alioqui uir bonus est: etiam si sint, qui putēt,
ueteri in reum odio ad id accusationis profiluisse: quod
tamen nō dico accusatoris diffamandi nomine, &c. Cum
apud Sallustium Decius Syllanus decreuisset, cōiuratos
uirgis cæsos securi esse plectendos, Cæsar qui eis tacitè
fauit (ut suprà diximus) dictum Decium laudauerat,
ut uirum fortē & strenuū: nisi fortē uel metus, uel in-
iuria ad nouū hoc poenæ genus permouerit. Cicero pro
L. Murena, cum Catonem accusatorem laudasset, quod
natura eum ad honestatem, grauitatem, temperantiam,
magnū & excelsum hominē finxiisset: suffricuit tamen,
quasi doctrina nō moderata (quia Stoicus hic Cato erat)
nec mitis, sed paulo asperior & durior in eo accessisset.
Ergo

Ergo si fidem factam putabimus,) Repetitio est elegans, eius quod suprà dixerat: quia interiecit longam parenthesim.

De eo quod aduersarij firmissimum sibi, &c.

Exemplum. Nihil est, quod tantis uerborum pom-
pis aduersarius gloriatur, quasi iam debellauerit. Perspe-
ctior est enim uestra prudētia, Iudices, quam ut huius mo-
di iactationū bullis moucamini: qui nouistis, nisi altera
audita parte, nihil esse temere definiēdum. Itaq; rogo et
precor, patienter meā defensionem audite. Spero fore,
ut cum breuibus ius meum ostendero, subsidat improvi-
da ista iactatio, subsidant crīstæ. Et ne diutius differam
ius: Accusator, quod tu firmissimum putabas argumen-
tum, elumbe & enerue esse docebo. Confessioni niteris,
qua putas reū sine tormentis crimen esse confessum. At
ignorabis, confessionem quæ in carcere, extorta est, con-
trareū nihil efficere. nam et si desuerint tormenta, ipse ta-
mē carcer satis terroris fuit. l. Si reus. de cust. reor. in. ff.

Aut ab aduersarij dicto, &c.

Exemplum. Aduersarius cum pleraq; fragilibus
argumentis disceptasset, pro euidenti suæ causæ firma-
mento syngrapham rei produxit, rem debitam confiten-
tis, existimans se causæ uictoriam in manu sua tāquam
Acolus uentos conclusisse. At tantum abest, ut ea scriptus

ra aduersario suffragetur, ut reus nullo magis alio funda
canonem. mento nitatur. Lege, cautiones, Iudices, et inuenies reū
pupillū fuisse, dū se obligasset, ac sine tute se obligasse.

Aut dubitatione utemur.)

Exemplū. Tanta mihi sylua defensionis occurrit, ut
quò me potissimū uertā, quid primū ordiar, nō satis con-
stet. Putet accusator se euicisse: sed obruendus argumen-
torum mole, discet, non ante certaminis finem de tro-
phæo esse statuendum, &c. Hactenus Cicero: sed Trape-
zuntius adiecit aliud locū ex Fabio. ut cum orationem 10
aduersarij confusam & compactā molem, in ordinē, &
capita quædā digeremus. Quæ res mihi sæpe laudē pe-
perit. nam sic inclinabitur nobis Iudex, qui uidet nos
memoria ualere, ut dicit Fabius: & oratione aduersarij
non esse territos. Quod Q. Hortensio contigerat.

Si defessi erunt audiendo.)

Exemplum AB APOLOGO. Vulpes olim, Iudices, cum ca-
put in statu acelatum inspiceret, pulchrum (inquit) ca-
put, nisi careret mente. Hoc mihi aduersarij oratio præ-
stat, quæ fuso quidem ornatur, & pingitur coloribus: 20
sed nec neruos habet, nec sanguinem.

Ita orditur A FABVLA. Sicut sunt Comœdiæ poëtarū, quæ
Politianus habent fabulas uerisimiles: & ita dicas. Aduersarius no-
Lamiam. ster, sicut olim Dauus Terentianus, herū cui respondere
non poterat, ludificasse traditur: totā iam horā, & am-
plius, hūc uestrū cōcessum Iudices, fatigauit: et per omnia
uiarum

uiarum compita, sicut Demea Terentianus, circuiuit:
nec unico idem argumento causæ medullam attigit.

IMITATIONE. Putabam, Iudices, mihi cum hi-
strione causam fuisse, ita aduersarius uelut mimus indeco-
ris gesticulationibus, nō ore tantū, sed manu et pede cau-
sam egit. Vel aliter. Vidistis nuper, Iudices, præstigia-
torē illū, qui cœlos nūmo uenales exhibuit, nō ueras, sed
umbratiles et effictas personas ostētasse: ita aduersarius
totā sua oratione, nihil uerū, nihil uiuū, nihil germanū,
10 sed uelut umbras & nugas argumentorum circumtulit.

DE PRAVATIONE. Deprauatio est, uocabuli
corruptio: ut cum prætorē nominamus Prædonē. Et pa-
rum differt à literarū mutatione, quæ sequitur. Sic enim
uerbum deprauatur & corrūpitur in aliud, ut pro Tybe-
rio, Biberius. Sed illic una litera demitur, uel mutatur: ut
Optimus pro optimo, Displicina pro disciplina. Vnde cū
unum locū nouimus, & alterū nouerimus necesse est. Sic
dicte. Nemo miretur, sed aduersarius suā orationē tot
allegationibus condīt. doctor enim iuris est, doctorē di-
20 cere uolui. D. Hieronym. cōtra Iouinianū lib. 1. nominat
eum scripturarū de decus: cum uoluisset dicere, decus. Si
uastatorē, pro pastore nominabis: & Iuris perditū, pro
Iuris perito, nō errabis hoc loco. D. Hieron. mirabiliter
hoc loco utitur, contra Iouinianū: cum dicit non esse mi-
randum, si Iouinianus sit hæreticus: quippe qui à Ioue
descenderit. Amara omnino deprauatio deriuatiōnis.

INVERSIONE. Inuersio est, cū ea quæ sunt quodā ordine, uel usū, uel natura destinata, inuertuntur, dissoluuntur, & deordinantur. Exemplum. Dic mihi aduersarie, quo tempore hanc rem gestā esse putas, nempe dum mari ambulauimus, & terra nauigauimus. Ego, Iudices, totum hoc negotiū his meis oculis audiui, non ne et uos auribus uidistis? Hic locus est parcē usurpandus, & raro: nisi iudices habeas ad iocum inclinatos.

AMBIGVO. Hoc loco pulchrè & amarè tractatur aduersarius, cum sub ambiguo uerbo ludificatur. ut in hoc exēplo: Aduersario in hoc deferre cogor, quod allegat, quia artifex iuris est. Gnatonē suo iure citò persuasisset, cuius animus quondā fuit in patinis. Sic fuit iocus Catulli in libertum furem, qui numulario æs furatus calceis infarserat: Væ (inquit Catullus) tibi, si te numularius excalceauerit. ambiguum, an intelligatur, si calceos exuat, an χαλκόν, id est æs ablatū recipiat. utrumq; enim excalciare dicitur, nisi quod alterum scribitur per aspirationē. Item dices: Gallus es, & nihil aliud quam Gallus. ambiguum, an uocem absonam in te notem: an perfidiam, quæ dicitur esse apud Gallos: an impotentiam, quia sacerdotes matris dcūm sunt castrati, qui dicuntur Galli. Fabius lib. 7.

ABIECTIONE. Commentatores hunc locum tractant, quod abiectione tunc usurpetur, si aliqua syllaba aut litera abiciatur, ut pro Optimū, opītum: pro Doctor dempta

dempta Doc, tor fit, etc. Ego aliter intelligo abiectionē, ut cum contestor, abiectis omnibus quae aduersarius dixit, uni rationi nos responsuros.

SUSPICIONE. Suspicionem hic nominamus, latentem quandam amaritudinē, qua ridetur aduersarius non apertè, sed relinquitur suspicio ridendi: qui est locus pulcherrimus. ut si dicas, te uereri aduersarij eloquentiā hominis (si dijs placet) diserti. Sic D. Hieron. ad Pāma-chium, Dissertissimos tractatus tuos uel nolentibus inge-
ris. Hic locus non abest ab ironia, ut ego puto: quae est, cū uerbis mutatis latens quædam amaritudo miscetur, teste Romano Aquila. Hac uel suspicione, uel ironia pulcherri-mè usus est Cicero in Q. Ligario, cum dixit: Nouū cri-men C. Cæsar, & ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuisse, idq; C. Pansa ausus est confiteri. itaq; quò me uer-tam nescio, &c. Quam Quintilianus in 4. dicit diuinā esse ironiam: Trapezuntius asseueranter negat, etiā cū conuitijs, ut Græculorum mos est: dicens, esse uerā con-fessionem: & nisi ita sit, totam orationem corrupti. Te meritas mihi in Trapezuntio uidetur, contra Fabiū sen-tire. Sed quia & is uir doctus est, et diligēs in inuestigā-dis quae ad Rhetoricā pertinent: inde utrosq; video de-fendi posse. nam Cicero in principio dicens, Nouum cri-men: suspicio est. uel ironia sine dubio utitur: quia non erat nouum, non erat magnum, cum tota optimatum fa-

cito contrà Cæsarem pugnasset. Verum cum post ea Cicero cōfitetur, Ligarium in Africa fuisse, hoc uere confiteatur: quo loco Trapezuntius bene sensit, quod super ea confessione tota oratio nitatur.

IRRISIONE. Irrisio in nihilum differt à suspicio-
ne, nisi quod h.ec est patentior, et aperta. Quidam cum
in testem uocaretur, qui se Iureconsultum iactitabat, &
interrogatus responderat, se nescire: Cicero irridendo di-
xit, Caue: putas forsante de Iure interrogari. Iuno apud
Verg. in 4. Aeneid. contra Venerem:

Egregiam uerò laudem, & spolia ampla refertis
Tuq; puerq; tuus, magnū & memorabile nomē, &c.
Sic tu dices contra aduersarium. Vicisse se exultat accu-
satorem: quod certè non inficiar, si errare est uincere.

D. Hieronymus ad Luciferum.

STULTITIA. Stultitiam hoc loco intelligimus,
ex Erasmi sententia, non uulgari more. Est enim uitium
consilio aduersum, quod imprudentiam dicere possu-
mus, teste Fabio, quo nomine stultus dici potest, etiam
si peritè loquatur, & luculenter, dummodo ea loquatur
quæ ei noceant. Vnde dices: Male prouidus fuit hic patro-
nus, ne dicā stultus, qui quod ipse tanta diligentia dedu-
xit à me, quam maxime dictū oportuit. Hūc locū tracta-
uit Persius: Fur es ait Pedius. Pedius quid? criminarius
Librat in antithetis, doctas posuisse figurās, &c.

EXUPERATIONE. id est, excellentia. hyper-
bole

bole quædam, cum uel plus nimio eleuamus, uel extollimus, aut quæ sunt aduersarij, aut nostra. Sic dices: Cedite Romani scriptores, cedite Graij, Nescio quid maius, quid exultatiū in hoc aduersario uidemus. uel si dicas: Cœlū prius casurū putem cum Syro Terentiano, quām tuis nre gis Aduersarie ex iusto responderi posse censeam.

COLLATIONE. Hæc à Similitudine, quæ sequitur, parū distat: cū quæ similia esse putamus, in uicē conferimus. Vnde similitudo ponit, collatio posita confert.

10 Videtur mihi aduersarius simile quiddā fecisse cū Ther site, ut si alterū alteri conferas, fortè non errabis. Ita ut cum homo columbis esset & fractus, adde et uanus, de rebus tamē magnificis, ac si Achilles esset, locutus est, &c.

EXPECTATIONE. Hæc uarie accipimus, si enī aduersario desinente loqui subsistimus, silemus, & ut Nestor oculis in terrā fixis, uelut meditamur: iā incipiēt iū dices mirari, qd tandē sim dicturus, ut sic fastidiū subleuetur. Quo loco possit patronus ordiri: Expectatis, Iudices, quādo tandem respondeā. sed quid dico, cū dubiū sit, an rationib. cōtrā nitar, an nugas istas rideā? Hæc res mihi cōtigit. Appetebat me quidā Canon. cū pro fratre loqueretur, inter alia dices: Nolite mirari, Iudices, si Zaius multa miscet. Poëta est, q multa mētiūtur. Ego autem cui usq; ad oratiōis finē, et inter se dicebāt senatores, nulli esse dubiū qn forē ex æquo ei uicē redditurus. Itaq; cōtrā stabā meditabūdus, et uelut expectās, et inducēs Regētes
ad expē-

ad expectationē. postea dixi: *Quid expectatis domini?*
Poëtam me aduersarius dixit, quod multa mentiar. Si cō-
ferta mendacia Poëtā faciūt, iam iste Canonicus erit prin-
ceps Poëtarum, qui toto hoc die nihil uerum dixit. Alij
aliter tractant Expectationem, quod non moror.

SIMILITUDINE. De hac paulò anteā diximus.

NOVITATE. *Quæ nō eget exēplo, iā uero restat.*

HISTORIA: ut cū historiæ recensentur. uelut si
dicas: Olim ad clepsydrā oratores uerba fecisse dicūtur.
qui utinam mos uel hodie seruaretur. si quidem per tres 10
iam horas nos aduersarius fatigauit. Vel aliter.
Callisthenes, quod loquax erat, ab Alexandro enclusus
esse traditur: quid mirum si & loquacitatem patroni
quispiam compesceret?

VERSUS. Ut cum uersum aliquem allegamus rei ac-
commodi. Exultasti aduersarie, sed ueteres tibi auias de
pulmone refellam. Vel aliter. *Quis ferat cauillationes*
tuas, Accusator? Unus laboranti possis succurrere Lunæ.

INTERPELLATIONE. Hæc conficitur modi
cis uerbis: & est quædam interpellatio, uel interruptio 20
perpetuae orationis aduersarij. Locus sanè uehemens, si
recte tractetur. ut si interrumpas loquentem, sicut solet
fieri in Comœdijs: Parcius ista uiris, &c. Hoc ego sepe
feci uno uel duobus uerbis, ut ita aduersarius excande-
siceret, & ordinis obliuisceretur.

ARRISIONE. ea est quædā dolosa & fallax ap-
 plau-

plaudatio, quæ gestu potius quam uerbis cōficitur, cum
uultus in risum fallacem & amarum componitur.

DE VITIIS EXORDII.

Lenis sit sermo.)



10 ENEM esse q̄ exorditur, etiā Fab.
lib. 4. iubet: caueri debere, inquiēs ne
nimis exultet patronus, et quasi indu-
bit abili fiducia teneatur, & confiden-
tius efferatur. Iudicem enim, ut qui re-
uerentiam postulet, nimia litigantis odiſſe seueritatem.

Vſitata uerborum consuetudo.)

Sic Fabius prohibet, ne quod insolens uerbum, ne ue-
audacius tralatū, aut obsoloeta uetustate, aut poëtica li-
centia sumptum, in exordijs deprehēdatur. Quod nos
non ubiq; cauimus in orationibus nostris.

Vt nō apparata uideatur esse oratio.)

20 **F**abius consulit, exordia à partis aduersæ materia
trahi: ne composita domis uæ, sed è re nata esse ius-
dex credat, nā fidem parere: quod ex proprio ser-
mone sumptum uidetur. In huiusmodi tribus locis Fa-
bius uult iudicis mentem accendi. Fit siquidem aliquan-
do, ut cōtemni se iudices putent, nisi cum diligentia dis-
scratur. Proinde difficilem esse horum præceptorū mo-
derationē, nisi ea attendamus, quæ statim dicam. Accipe
exemplum,

exemplū, quod prædictis locis possit accommodari. Apparatum uidemus, & uerborū ornamenti instructū aduersariū: quod uel eo nomine non miror, quando diu ante præcogitauit domi, quo ingenio uestrū, iudices, animū à ueritate deflecteret. Nos non ita: qui simplici ac nuda oratione, nudis defensionibus nitimur, ita ut non possumus non sperare, nos maiore habituros fidē, quo omnis nostra actio ad ueritatē, non ad ornamenta cōponitur.

Additio. Sunt & alia quedam circa exordium præcepta, ueluti miscellanea. Intueri dicit Fabius oportere, quid dicas, apud quem, pro quo, contra quem, quo loco, quo tempore, quo rerum statu, qua uulgifama, & quid iudicem sentire credibile sit. In quo ultimo, Cicero Catonem amariſsi mis salibus tractat, in oratione pro L. Murena: cum per multa probat, hominem Stoicum nec esse aptū foro, nec acceptū iudici. Item Fabius præscribit, posse in exordijs apostrophe uti, ad aliū conuersa oratione: licet hoc quidam negarant, ut ad aduersarium loquentes, interim ad iudices sermo nō dirigatur. ut Cicero: Quousq; abuteris patiētia nostra Catilina? Itē Sall. contra Ciceronē: Grauit̄ & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli. Et tandem, nō inelegās dicit esse Fabius, si prolepsi et quadā præoccupatione, seu præsumptione anteuerteramus ea, quæ obijci posse putamus. Ut Cic. in Verrem, mirari se quosdam dicit, quod is qui per tot annos defenderat mul eos, læscrat neminem, ad accusandum Verrē ascenderit: sed

sed docet, sociorū esse defensionē, cū Verres accusetur.

Quod uulgare dicitur.)

Fabius dicit id esse minus fauorable, quod à multis sæpe repetatur: quia enecat sæpe recocta crambe. dicit tamen à magnis Oratorib. hoc aliquando non esse euitatū. Quidam hoc exordiū generale nominant, quod non displicet. Olim Magistri gymnasij nostri duo habuerūt generalia exordia: Hannibal ille Carthaginensis, cum apud Antiochū esset, &c. alterū: Sæpe à maioribus quæ sitū esse scio, sit ne magisterij dignitas appetenda. Item sic multi incipiunt: Tametsi me imparē noui in hoc confessu, &c. Et uereor, ut hodie uulgaria exordia nō uentur, forte nec à me ipso: sed hoc aliquādo necesse, aliquando pulchrū est. Fabius dicit Messalā uno exordij genere frequenter usum, quo dicebat: Vereri sese, ne nimis infirmus sit, acutissimis aduersariorum ingenij.

Quod commune appellatur.)

Nā si præfatus sit accusator, graue scelus esse, si amicus fidē frangat amico. nā sic & fidei iura, ciuile uinculū pro di: et amicitiā, rem sanctissimā, uiolari. E cōtrario aduersarius: Nō poterit ad causam nostrā exordiri accōmodatius accusator, qui tanti facit & fidē uiolare, et amicitiā. hoc enim maximē omniū et prædico et clamo: sed uidere licet, uter ex litigantib. fidē prius prodiderit. Si præceptor cōtra discipulū super impietatis flagitio exordiatur: recte discip. præceptorē sode exordio referiet: eiusdem scelle-

Item aliud.

sceleris esse, si præceptor in alumnum sit perfidus. Hijs exordijs tuerintur se adulteræ, si arcessantur adulterij, quod maritus thorum longe prius uiolarit.

Quo leuiter cōmutato aduersarius.)

Hoc nominatur cōmutabile à Fabio, et parum distat à superiori uitio, et est hoc uitij Sophista rum proprium, græce Antistrophe dictū: apud nos appellari potest Retorsio. Ut si dicas: Nō esse ferendum hominem, ea temeritate insignem, qui in modica re contra superiores suos insurgat. tu refrica eodem exordio, sed retorto: Siquidem ea res modica est, ut fatetur aduersarius: quid litigat is, qui superior est. nec enim decet in re modica tragedias mouere magistratū. Eius generis fuit concertatio Euathli cum Hermagora, apud A. Gellium, Lib. 5. Cap. 11.

Quod nimiū apparatè compositū est.)

Is splendor in iudicali genere nunquam adhiberi debet, nisi causæ magnitudo flagitet: aut Iudices, ut su prædiximus, cōtemni se credant, oratione simplici et nuda. Cæterum in genere deliberatiuo apparatu uerborum semper adhiberi consultum est. Præmeditatum enim esse tam prodest cōsulenti, quam in iudicio dicenti nocet. De longo exordio nō attinet præcipere, quando nemo ignorat, quid pariat longa prolixitas. Tamen longum

quā dices nō absolutē, sed pro orationis magnitudine, uel
paruitate. Cicero aliquādo p̄ dimidiatiū foliū exorditū.

Et quod non ex ipsa causa, &c.

ITa faciūt formularij Oratores, ne dicam Aratores:
qui ex formulis sumpta oratione centones consuūt,
ut diducta, lacera, hiulca, sibijpsi dis̄sidens male com-
pacta, mutila & distorta oratio, quæq; inter se sistat hic
nigra, illic alba, Callacuteos homines referat, & domui
Iudeorum comparetur: in qua diuersi generis pignora,
20 calceos cum calcaribus, togas cum armis, mundum mu-
liebrē cum studentū libris mixta uideas. Hoc genus ora-
tionis si audiat peritus, protinus clamet: Humano capitī
ceruicem pictor equinam, &c. De quo neq; exemplare
motius hic colligas, cum nihil eorum seruetur, quorum
diffusē suprā mentio facta est.

DE NARRATIONE.

20



E Narratione iam autor subiicit. si-
quidem teste Fab. lib. 4. cap. 2. maxi-
mē naturale est, & fieri frequentissi-
mē debet, ut præparato per hæc quæ
prædicta sunt iudice, res indicetur de
qua est pronunciaturus. ea est narratio, quam à Græcis
in multas subiectam esse diuisiunculas scribit, prout nar-
rationis natura ex conditione uariabit: ut nu nc persona,
nunc locus, nunc tempus, nunc causa, nunc euentus qui
f contingit

cotigit narranti, inter narrationis species describerentur: quæ tamen obseruationes tam non diuidunt, quam dilacerant narrationis corpus, ut meritò huiusmodi deflexibus missis, ad ea quæ obtinent transeamus. Præmittendæ tamen sunt quedam notatiunculæ, quas ignorare non conueniet. Primo, an semper narrandum sit. Fabius putat non semper expedire. primo, si breues sint causæ: tunc enim iudex longo sermone fatigaretur, & sufficit eo loci propositio simplex. ut, Certam pecuniam credidi Titio: quæ peto. Alio loco, si naturæ causæ nihil aliud quam simplicis facti deductione exigat. nam et in hac specie propositio sufficit. ut si Horatiū homicidij accuses, simpliciter dices, ab Horatio sororē esse imperfecta. Quicquid enim præterea adderes, aut noceret, aut esset superfluum, cum factū sit cognitū. Cæterū aduersarij erit, defensionis suæ narratione cœlauere. nē omnib. quibus potest et ornamentis et adiumentis + comere, ut sis se purgat, qui reatus facinore premitur. Et + si de re cō tertio loco, + si de eo constat, de quo iure queritur: tunc stat, sed iure enim proposuisse sufficit. ut, Nepos' ne cum patruis successu queritur. dat, disceptamus iudices: si quidem defunctū esse, de cuius hereditate agitur, satis constat. Vel si alioquin iudici tota res facta sit cognita. quod tamen non sine delectu recipias, si quidem iudici res sit cognita eo fine, ut ex facti ueritate iam ea opinetur, quæ nobis expediāt: tunc non est opus narratione. sin uero sciat quidem factū, sed de eo non opinetur, quod tibi faueat: iam narrandum tunc magis est, quo arctius animus iudicis ad nostrū fauore est trahēdus. Neq; enim

ut eleganter dicit Fabius in hoc reperta est narratio, ut
 iudex cognoscat, sed ut aliquantū nobis consentiat. Nar-
 rabimus cum præparatione quadā, scilicet scire iudicem
 facti summā, rationē tamen facti audire non grauari. De
 niq; & rem iudici notā aliquando repe. imus, ut cogno-
 scant, qui nouiter in confessum aut senatū sint electi. itē
 ut rei iniquitatē etiā circunstantes intelligent. eritq; plus
 rimis figuris uariandaha c expositio, ut tædū leuetur iu-
 dicis. Putabat hoc loco Corn. Celjus, non esse narrandum
 20 reo, si crimen negaret: cū narratio sit summa criminis.
 de qua est iudicium. Sed eū refellit Fab. multis exemplis.
 nam circa argumēta eius criminis, circa uitā suā anteac-
 etam, multa narrabit, etiā qui negat, ut probabile iudici
 suā allegationē faciat. Quam Fabij doctrinā recipio, si
 quis sinistra præsumptione grauetur. Cæterū si nulla
 laboret præsumptione, tū credo recipiendā sententiam
 Corn. Celsi: quod Scaurū fecisse suprà diximus. Proinde
 si magistratus aliq; accusetur oppressisse subditos, recte
 se defendet, nō solū negādo, sed causas eiū adducēdo: faci-
 20 le fieri potuisse, quod accusaretur à subditis, nāq; in magi-
 stratu est, facile multos sæpe offendet, dum fungitur offi-
 cio. Scimus enī, quod contra magistratū facile præsumi-
 tur: quod terrori sit subditis, quod cōcūtiat, expīlet, op-
 primat. propterea prohibetur iure, cōtrahere in sua pro-
 uincia. Tertio loco dubitat Fab. an exordio statim sit sub-
 iaciēda narratio: quod put. it qd.i, & forte nō male. quia

conciliato iudicis animo, iam causa nostra probanda est,
quod non potest fieri, nisi præcedente narratione. Verū
euentus causarum hunc ordinē aliquando mutat. Sic Ilio-
neus apud Verg. statim post exordiū confutauit, & ter-
tio loco narravit. Sic Cicero pro Milone, tria grauiā
& cædem. prius confutat: uidelicet homicidij & crimen, decretū se-
natus, & militum coronam, & postea narrat. His dubi-
tatiunculis præmissis ueniamus ad textum.

DE NARRATIONE.



CICERO Narrationem non definit
hic, sed in ueteri Rhetorica. Est enim,
rerū gestarū, uel ut gestarum exposi-
tio. Res gestae ad ueritatē: sed res ut
gestae ad Comedias, fabulas, declama-
tiones accommodabis. Habet autem omnis Narratio hoc so-
lenne, ut uel ex re ipsa, uel ex ijs quae rem probant, uel
ex utrisq; cōponatur. hoc est quod Fabius dixerat, duo
esse narrationū genera: alterū, ex causis, alterū ex ratio-
nibus causarū, constare. Exemplū ex re ipsa: Ulysses
Aiacem occidit, quē Teucer frater gladio cruento reppe-
rit. Exemplū de his que circa rem probantur. Ulys-
ses ideo Aiacē interfecisse creditur, quia inimicus ei erat,
quia perfidus, quia insignis insidijs potius quam factis.
atq; ista sint dicta circa materiam narrationis.

Et unum quodq; trahimus, &c.

Sic Simon apud Verg. de Palamede, Quē falsa sub pro-
ditione

ditione Pelasgi Insontem, infando indicio, quia bella ue-
tabat, Demisere neci. Sic dices exemplo uulgari: Nō
potest esse dubium iudices, contractum, de quo quæritur
uel dolo esse initum, uel metu. nam quo tempore con-
tractum celebrauerunt, nemo erat præsens: tempus erat
noctis. Qui emit, diues est, uersutus & potens: qui uen-
didit, pauper, simplex: precium modicum, traditio fun-
di uelut extorta est.

10 Alterum genus est Narrationis,
quod intercurrit, &c.

Hoc genus Fabius non solum narrationi tribuit,
sed posse etiā quæstionibus uel uniuersis, uel sin-
gulis opportunè subiungi. quippe ea digressio-
ne illustrari & ornari orationē: dummodo cohæreat, &
non sit impertinens. Vnde caueri præcipit, ne ui quadā
has egressiones urgeamus, ne forte quæ natura sunt con-
iuncta, distrahi cōtingat. Putat porrò, his egressionibus
parari fidem, in sceleribus maximè atrocibus, cum gra-
uius sceleribus difficilima sit fides. Accipe exemplum de
omnibus his. Dispicite mecum, iudices, quo initio Ti-
tius, qui primas iam sedes obtinet, emerserit. Egenus
est, & uilibus parentibus ortus. hoc enim, cū superiore
anno peregrinaret, in patria sua à proximis uicinis didi-
cimus. A iuuentute lasciuiae, petulantiae, & iniquitati de-
ditus. Nam cum famularetur cuidam suo domino, nō mo-
minationis

Egressio fi-
dei causa.

Egress. cri-
ditus. Nam cum famularetur cuidam suo domino, nō mo-
minationis
f 3 dicam causa.

dicem in re familiari iacturam intulisse dicitur, totamq;
corrupisse familiam. Is cum ad nos ueniret, malis se arti-

Egressio
Laudatio-
nis causa. bus in amicitiam nostram insinuauit. Non hic dico: qui-
bus odijs optimos semper prosequutus est: hoc tacere nō
possum, solis eiusdem dolis factum, ut Valerium optimū
uirum perderemus: Valerium inquam, doctrina, uirtute,
Egress. ap - & integritate ornatissimū: & cui si permanere ei li-
parationis
causa. cuisset tota nostra res pub. plurimū deberet. Heu infeli-
cia fata, heu nostrā cæcitatem, qui homini perdito tantū
tribuimus. Eicite eicite pestiferum hominem. 10

Tertium genus est, quod, &c.

Hoc est quod uulgo præcipitur, pueros ad poëtas
et historicos adsuescere oportere, ut in his se ex-
erceant: discat ex fabulis, ex historijs, quo pacto
sit narrandum, quod Fab. lib. 10. præcipit. Tu si sub hoc
tertio genere totā declamationē, id est, ficta themata cō-
cludas, non errabis. Hoc tertio genere paratur iuuenibus
copia sermonis, diuitijs instruuntur, ut apti ad forū pro-
dire possint. Ergo hoc totum genus scholasticum est. 20

Eius narrationis duo sunt genera.)

FABVL A. Hæc licet nec uera, nec uerisimilis sit, de-
bet tamen uerisimili modo narrari: nō posset enim lofin-
gi in bouem, nec Daphne in Laurū mutata: si nulla fuisset
in ea regione uel bos: uel laurus. Hoc solus mihi A. Gel-
lius aduertisse uidetur, ubi reprehendit Vergilium.

HISTO-

HISTORIA. De historia loquitur, quæ est in usum nostrū uertenda: non de historia simpliciter, cum non omnis sit ab ætate nostra remota. Et est sanè lepidissimum in omni narratione, interserere historias, maximè in locis digressorijs: quod fœlicissimè fecit in omnibus Ver-rinis Cicero.

ARGUMENTVM. Atq; ideo dicuntur Argumenta, quod nō prorsus nō sunt uerisimilia, sed per naturam possibilia, et dant argumēta et signa ad actus positiuos.

Illud genus narrationis, quod in.)

Hoc genus Ciceroni in ueteri Rhetorica ideo dicitur Personarū, uel in personis positū: quod simul cum rebus ipsis, personarū sermones & animi perspici possunt.

SERMONIS festiuitatem. Quod seruis tribuitur, & meretricibus, in Comœdijs.

ANIMORVM + dissimilitudinem. Propterea + dissimilationem. Gnato dicebat apud Terentium: Dij boni, homo homini quid præstat? Sic Verg. II. pulcherrimè describit iuuenis et senis diuersos animos: et sunt uerba Latini ad Turnum. O præstans animi iuuenis, quantū ipse feroci Virtute exuperas, tanto me impensius æquū est Consulere, et omnes metuentem expendere casus. Est etiam exemplum in Adelphis, de Demea et Mitione.

GRAVITATEM. Sicut senes sunt, Simon et Chremes.

LENITATEM. *Vt Mitionis in Adelphis, et Chremetis in Eunicho.*

SP E M. *Sicut Carini in Andria. Ita Verg. in II. Aeneid. Et spē iam præcipit hostē. Et apud Persium, Spem macram mittit in agros Licini.*

ME T V M. *Sicut Thrasonis, & Chremetis rustici in Eunicho.*

SV S P I C I O N E M. *Quia scnes sunt suspiciosi.*

DE S I D E R I V M. *Sicut Phædria in Eunicho.*

DI S S I M U L A T I O N E M. *Sicut Clitipho in He 10 autontimorumenō.*

MI S E R I C O R D I A M. *Quæ est in mulieribus.*

RE R V M V A R I E T A T E S. *Sicut Arioni contigit, qui ēnatauit super delphino. Insperatum cōmodū.)ut Pamphili, inuētis præter spē Glycerij parētibus. Subitā lāeticiā.)ut Davi: Dij boni, boni qd porto? etc. Lāetum exitum.) Qualis esse in Comœdijs solet.*

Illud uero quod ad ueritatem
pertinet, &c.

Circa prædicta, ut dicit Victorinus in ueteri Rhetori- 20
ca, nouisse conueniet, ne turberis: Aduertendū quid præ-
cipue intendat Narratio. sēpe enim describitur persona,
propter negotiū: ut Catilina in Sallustio. sēpe gesta nar-
rantur, ut demonstretur persona: ut crudelitas Dolobel-
læ in Philippicis Ciceronis. Et sic hæc duo Narrationis
genera, quorū unum est in negotijs, alterum in personis,
sēpē numero

ſe penumero miscentur: sed obtinet hoc genus, quod pri
cipaliter tractat illud uel aliud.

DE BREVI NARRATIONE.



OLENNE hoc & perpetuum est
Narrationi, ut nō ab alto aut à prima
radice repetatur. quod etiā praecepit
Horatius in Arte poētica: Nec gemino
bellum Troianum orditur ab ouo. Vn
de uitioſe incipiet narrationem belli Troiani, qui dicat,
10 Tindari regis uxorem Lædam duo oua peperisse, è qui-
bus Castorem & Pollucem, deinde Helenam natam. quā
nuptam Menelao, cum eſſet pulcherrima, Paridi à Venc
re promissam: & iam interſerere iudiciū Paridis, quod
tamen omitti poterat. deinde descendat ad raptum Hela
næ, à qua parte debebat incepiffe. Sic faciunt Rheticæ
imperiti, qui ab Hercule, uel à Priamo ordiuntur natales
Cæſarum, per innumeras ſanguinis lineas: quibus cer-
tius eſſet ab Adam incipere, ut iā ſit terræ filius. Stephā
nus in Actis Apostolorum, cum duriciem cordis Iudeo-
rum exprobare uellet, historiam ueterē ab ouo orditur:
& per totum uetus testamentum percurrrens, longam
texit orationem. tandem breuiter concludit, ſemper eos
reſtitifſe: quod non t omnino ab arte fecit. Et dicit etiam toratio ex
Eraſmus in Scholijs ibidem, ſibi non ſatis conſtare, quo- arte facit.
modo hæc prolixa oratio breui Stephani proposito ſub-
ſeruiat. Sed diuina excuſamus.

Et si summatis, non particulatis.)

Per summam narrandum esse, et non quoscumque an-
gulos coquirere, ipsa ratio nos docet. Est hoc ui-
tium legatorum, et concionatorum. illi etenim re-
uersi domum narant, quid in itinere egerint, quid eis con-
tigerit, ubi pernoctarint, ubi meliora pocula biberint,
quis eos hospitio exceperit, et quomodo sint fatigati, etc.
Quae omnia per summam dici poterant: ut, Profecti su-
mus Carthaginem nullaitineris incommoditate, siquidem a
socijs excepti humaniter, aura usi prospera, Carthagi- 10
nem peruenimus. qui nos audiuerunt diligenter, et hoc
responso mentem suam declararunt, etc. Non particu-
latim.) Sic apud Verg. i. Aeneid. Venus ad Aeneam. Lon-
ga est iniuria, longae Ambages: sed summa sequar fastigia
rerum. et postea texit historiam Sychaei et Didonis.

Et si non ad extremum.)

Hec tertia conditio est multum necessaria. quia tole-
rabile esset narrare, si aliquando finem facere pos-
sis. tales homines accepti sunt non cum narrat,
sed cum cessant. Ut si narres, Ephesinum templum ab Hero- 20
strato incensum, et multa misceas, ubi ignem sumpserit,
quo loco posuerit, quis eum adiuuerit, que pars templi pri-
mo flagrarit, qui fuerit hominum concursus, ubi homo la-
tuerit, qualiter deprehensus sit, quoties ad iudicium du-
ctus: deinde pulchritudinem templi extollas, et in summa
nunquam cessabis. Hoc faciunt concionatores, cum historias
enarrant.

enarrant sanctorū, atq; adeo ipsius Christi tragœdiām: non contenti, quomodo necati sint dicere, nisi multānūgentur de loco sepulturæ, & miraculis: quoties Christus ceciderit, immanitatē spinarū, flagellarū nodos, & nescio quæ non cōminiscuntur. cæterum paſſionis dominicæ fructum ita obtinent, ut ne uerbulo attingant.

Et si transitionibus nullis.)

TRANSITIO, quamvis sit color non illepidus, ut quæ pertineat ad rerum tractandarū cum tractatis continuationem, tamen in narratione breui non est adhibenda, Cicerone prohibente. Ut si profectionem Troianorū cum narraueris, subiungas: Audiuitis profectionem, nunc audite quid in Italia paſſi sint. Hæc enim transitio ad breuem narrationem non pertinet. Sed breuiter dices: Vrbe Troia incensa, paucos cū Aenea Troidanos excidio superstites, eo in ducem signato, mari fortunæq; se cōmisſe, uarijsq; iactatos fatis, tandem Italiam oris appulisse. quo loco Turno & Rutilis graui bello in gruentibus, plurima passos incōmoda, & tandem bello potiores, cæſo Turno, cæſis Rutilis, Italia potitos. Hoc tamen non prætero, in narrationibus prolixioribus necessariam esse transitionem, de quo suo loco dicemus.

Et si non deerrabimus ab eo.)

Quod senum est. Hienim cum narrare cœperūt, oblique eorum quæ dixerant, ad alia labuntur: & de gallo ad cygnum

cygnū saltu factō, narratione uelut desultorijs equis ut-
tūtur. Ut si narres Manlij Torquati facinus, qui de filio,
quod contra patris imperiū cum hostibus conflixerat,
& uicerat etiam, supplicium sumpfit. Sic antequam hi-
storiā finias, interseras: duros fuisse ueteres Romanos.
nam & Romulus fratrem suū interfecit, & leges du-
ras condiderit. Verum ad leges pertinere: ut non sint du-
ræ, sed ut sint æquæ. nam & Solonem humanas tulisse le-
ges, &c. Ecce quomodo à proposito deerraſti, ut quò re-
cideris nescias, & reuerti nisi ridiculè non possis. 10

Et si exitus rerum ita exponemus.)

Ridiculum prorsus est hoc uitium, & quod modici
cauent. ut si dicas: Surgentes à mensa diuersorū
exiuimus, rectā domū profecti, cum satis erat, à
diuersorio iuuisse. In Euangelijs, quæ sunt plena myste-
rijs, nō sunt semper hæc præcepta exigēda: ut apud Mar-
cum cap. 5. mulier ægrotā nihil adiumenti à medicis sen-
serat, sed magis in deterius habuerat: hoc ultimum satis
fuiſſet. Sic Ioannis 21. dicebat Petrus, Vado pīscatum: di- 20
xerūt alij, Venimus & nos tecum, exierunt & ascende-
rūt nauim: quod ultimum suffecerat. In hoc uitium inci-
dunt, qui uerbis quidem breuiter narrant, sed superflua:
ut Domum tuam petij, hostium pulsau, exeruit caput ē
fenestra puer, interrogavi ubi esſes: negabat te domi esse
discessi, redij in forū. Hic breuiter narrat uerbis, prolixē
rebus.

rebus. Poterat tribus dixisse uerbis: Quæsitum te domi
cum non inuenirem, in forum redij. Fabius in 4. & Tra
pezuntius.

Et omnino non modo.

Hoc nemo ignorat: quapropter non declarandum
exemplo.

Et cauendum ne bis, aut sæpius.)

Hæc est tædiosa iteratio omnino in narrationibus
uitanda. ut in exemplo hic posito. Circa quæ no
uisse cōueniet, aliquando necessariò sic esse ite
randū, cū in eo quod repetitur, uis argumenti lateat.
Quod egregiè seruauit Cicero pro Q. Ligario. Sic enim
narrat: cū adhuc nulla esset belli suspicio, adhuc Q. Li
garius omni suspicione uacat, domo egressus est, non mo
do nullū ad bellum, sed ne ad minimā belli suspicionem.
Quæ propterea sæpius inculcat, quia fortissimum erat
hoc pro Ligario argumentū: quod contra Cæsarem non
exierat. Habet in summa octo conditiones. Primo, ne ab
alto repeatas: secundo, ut summa rei narretur: itē ceſſetur
20 ex cōmodo, uitetur transitio, prætereantur quæ insunt,
à proposito nō deflectatur. Item t̄ nocua & extranea si t̄ noua.
leant, et tandem nō iteremus quæ narrata sunt. Sunt quoq;
& alia circa breuem Narrationē aduertenda, ne scilicet
obscura propter breuitatē reddatur. Satius enim, ait Fa
bius lib. 4. cap. 2. aliquid narrationi supereſſe, q̄ deſſe.
nam ſuperuacula cū tædio quidē dicuntur, ſed neceſſaria

trahuntur sine periculo. Quo nomine Sallustianam uitari breuitatem iubet, et abruptum sermonis genus: quod otiosum forte lectorem minus fallat, ceterum auditorem transuoleat. siquidem lectores non nisi eruditos esse, iudicem saepenumero rudem. Docet quoq; Fabius, cauere sterilitatem aridam et ieunam, quae saepe breuitatem consequitur. nec enim sufficit, iudicē nudē nouisse, super quo iudicare debet: nisi et ornamentis sermo conditatur, ornamenti dico per naturā breuis narratio nis. hęc enim ornatō, tamē si producit sermonē longiusculē, tamē delectat, ut narratio minus longa uideatur. Amoenū enim et molle iter, uel si sit spacijs amplioris, minus fatigat, quam durū et asperū compendiū. Nā narratio undiq; præcisa, cōfusio dicenda est. Et in summa, ea dicitur breuis oratio, non in qua minus, sed in qua nihil plus quam oporteat dicitur. que si seruaueris, semper diceris breuis, etiam si ex necessitate sis prolixus. Exemplum breuis narrationis accipe de Timoclea Thebana, quod copiosius recitat Plutarchus de Clariis mulieribus. Thebis ab Alexandro bello obtentis, atq; adeo militibus ad rapi nam discursantibus, Timocleæ illustris mulieris domum Thracum præfectus inuadit, opes mulieris direpturus: quam tamen cū de coitu et cōiugio sollicitasset, ut facimus contegeret prudens mulier, simulato ascensu, barbarum in hortum seductum, puteum ei ostendit, in quem operes conieciisset: sive data coniugij, si diuinitas retulisset. Is
 cum

cum descendisset in puteum, à muliere & familia saxis
obrutus est.

DE DILVCIDA NARRATIONE.

Vt gestæ res erunt.



RDINEM docet in narratione dilucida, quod certè nihil mirum est: quod tunc bene incedamus, si ordinatè incesserimus, ut quidam ait. Is ordo tunc optimè seruabitur, teste Fabio. cū sit narratio distincta rebus, personis, temporibus, locis, causis: ut alterum firmeatur ab altero, non confundatur. dicit enim eleganter Fabius aliqua naturaliter sequi ac cohærere: ut si bene priora narraueris, iudex ipse quod postea sis narraturus diuineret & expectet. Sic Simon Te rentianus uitam Pamphili narrauerat Sostae seruo, eo ordine, ea cohærentia, ut seruus ipse timuerit antefinitā narrationem, ne Andria quiddam mali adferret. Sic in secundo Aeneid. libro, cum non ab alto repeteret, dilucide narravit: Postquam bello fracti essent Græci, equū fabricasse, & armato milite completum in littore uelut Palladi uotum reliquisse, simulasseq; recessum ad Tenedos insulam: & pulchritè & significanter narrat, quomodo turba se se effuderit extra ciuitatē, & quæ sequuntur, &c.

Aut

Aut ut potuisse geri.)

VT uideantur potuisse geri, quæ narrata sunt,
maxime omniū præstat perspicuitas. Vnde Fa-
bius dicto loco eam uocat dilucidam orationem,
quæ t̄ expolita sit uerbis proprijs & significantibus, &
non sordidis: nec tamen exquisitis, uel ab usu remotis: ut
res non tam narrari, quām geri uideatur. Quām putas
sint uerba propria & significantia in Vergilio, cum ser-
pentes Laocoontis describit, Aeneid. 2. Immensis orbi-
bus angues Incumbunt mari, &c. Fit sonitus, spumante ¹⁰
falo, &c. Ardentesq; oculos suffecti sanguine, &c. Dicit
porrò Fabius, pronunciationem in hoc accommodari, ut
Iudex quæ dicuntur quām facillimè accipiat, non esse
clamandum: non uociferatione, tumultu, famam circum-
stantium querendam: nec lasciuire insolēti gestu: ne si-
ent actio placet, ita causa non intelligatur.

De uerisimili narratione.)

Verisimilis narratio est, quam Fabius credibilem uo-
cat. Cicero in ueteri Rhetorica, probabilem.

Si ut mos.)

Vt si excusentur scholares, qui choreis & lasciuij
intenderunt tempore uncto. nam dicimus hoc pro mori-
bus fecisse.

Vt opinio.)

Hinc uenit, quod infamia facti premuntur, de qui-
bus

bus est sinistra opinio: & multi rei absoluti sunt, qui o-
pinione bona ornabantur.

Vt natura postulat.)

Hoc etiam Fabius iussit caueri, ne quid narremus na-
turæ aduersum. Quis enim nobis credat narrantibus,
quod leno suaserit castitatem scortis? & dicit Baldus, si
forte scholaris uideatur colloqui cum puella, non præ-
sumi, quod eam doceat orare.

Si spacia temporum.)

10 Facile præsumitur contra iuuenem, qui noctu ingre-
sus in domum pueræ, crastino matutino exierit.

Personarum dignitates.)

Hic locus uehemēs est, cum à dignitate uel accusa-
toris premitur reus, uel à dignitate rei + repelli + reprehē-
tur accusator. Prius illud artificiose conficit Ci-
cero, cum pro L. Murena ad finē orationis hoc maxime
moilitur, hoc contendit, ne dignitas Catonis Stoici reum
premat. Quod aliud fecerūt Pharisæi et Pötifices, quām
20 ex personata dignitate deprimere Saluatorem? per hunc
locum suprà diximus, se defendisse Scipionē Africanum,
cū deserto accusatore in templū Iouis cū senatu abierat.
Sic & Scaurus, sola personæ dignitate se tutatur.

Consiliorum rationes.)

Est & hic locus magnæ efficacie, si rectè ac peritè ad-
hibeatur. sed hoc opus, hic labor est, consiliorū rationes

ex arte, ex industria colligere. Hoc loco te non morabitur breuitas, dum uel minutissimas consiliorum rationes exponas: id est, propositi nostri motiuua. Cuius rei que ad hibebimus, nisi Ciceronem, luculentissimum artificem? nam ubi pro P. Quintio conatur ostendere, Sex. Næuij societatem cum fratre Quintij fuisse perfide coitam, propositum Sexti pulcherrime de pingit: antea fuisse scurrum, facetum præconem, uocem in quæstu habuisse, ex societate Quintij didicisse qui fructus esset in pecunia. Quapropter perfidum fuisse socium, ut qui uetererit Narbonensem auctionem in Quintio: pollicitum pecuniam Romæ, quam non præstiterat, eo consilio, ut difficultate circumueniretur Quintius: & postea comperta Quintij absentia, egisse cum iudice, quasi uadimonij derelictis Quintius abijisset: & sic obtinuit perfidus bonorum possessionem Quintij. Aliud exemplum pulchrius ex Cicero. Nam cum Cicero pro Milone hoc maxime ageret, ut non crederetur Milo insidias Clodio struxisse, audite qualiter narret, qualiter de pingat hominem tranquilum: Milonem, quo die ciuitatem Clodius exierat, in senatu fuisse, quoad senatus esset dimissus, domum iuisse, calceos & uestimenta mutasse. erat enim ei necessarium iter Larusij. pro sacris + Lanuuij, paulisper dum se uxor comparat commoratus. Et sic callidissima simplicitate, Fab. ait, per minutissima quæque progressum fuisse Ciceronem: ut lentè, quietè, tranquille, nullo tumultu Romæ exiisse crede-

retur.

retur. Sed quid èdiuerso de Clodio, subito cum dimissa
turbulenta concione ex urbe exiisse, indignabundum,
et plenum furore, &c.

Locorum opportunitates.)

Hic locus, qui sumitur à loci opportunitate, maxime
presit Vlyssem, quod crederetur interfecisse Aiacem:
nempe solitarium, in loco deserto, in sylva: ubi nemo uel
impedimento uel timore esse poterat.

40 Aut temporis parum fuisse, &c.

PEr hoc destruuntur spacia temporum: ut si dicas,
primo te ingressum, uix sumpto poculo abiisse.
Sic in Lure nostro conuincitur Iudex, acta non
perspexisse, si post præsentationem actorum mox defi-
niat, &c.

Aut causam nullam.)

Quæ res Milonem defenderat, quod nulla ei causa
erat, cur insidias strueret. sic tu dices, defendendo no-
20 xam qua insularis: Non est quod quisquam credat
me hoc facinus patrasse, maximè contra Valerium, qui
mihi amicus est, præceptor, patronus, pater, à quo mul-
ta officia sum consequitus.

Aut locum idoneum non fuisse.)

Vnde si accuser, metum imieceris tibi, hoc nomine de-
fendar. Non est uerisimile, metum pati quenquam

in ciuitate principis, in manifesta luce, in medio populo,
ubi adest magistratus, copia iudicis. Et per hunc locum
fundat se Iurecon. in l. Non est uerisimile. ff. Quod me-
tus causa.

Aut homines ipsos facere.)

VT si causetur diues, se à paupere oppressum,
potens ab inope uel impotente, senex à iuuene,
uel contrà, & ita de similibus. Et per hunc lo-
cum fundat se Imperator, in l. Quisquis. C. ad L. maiesta
tis. ubi dicit, nō præsumi mulieres, sexum fragilem, au-
suras tantum scelus, nempe criminis maiestatis.

Aut pati non potuisse.)

Iste præsumitur non passurus committi iniuriā cui-
quā, qui ipse rectus sit, dexter & integer. Sic Cato
Uicensis non præsumebat passurus, quod urbs
Roma seruiret sub Cæsare. ut potest cognosci ex luculen-
tiſima oratione Brutii & Catonis apud Lucanum.

Sí uera res erit.)

t uerū Fab. **S**unt qui narrationi magnificentiam addant, quam
eam raro in Græci μεγαλοπρέπεια & cā uero in narratione præ-
narrationē recipit & Fabius. Trapezuntius autem, cum ampli-
ficatione narrare oportere dicit, ubi indignitas rei com-
† Philode- miserationem exigit: ut in † Philemone & filij sui nece,
mi. in Verrinis. de ijs enim Verres suppliciū sumere iussit,
quod

quod filiam nubilem pater in + comitium non adduxerat. Vbi Cicero amplificat heroica tuba hoc scelus, narrando grandem natu parentem suppicio adductum, ex altera parte filium: illum quod filiae pudicitiam, hunc quod patrem & sororem defendebat, fleuisse: utrumque, non de suo quenque suppicio, sed de filij morte patrem, de patris filium: &c. Deinde in iudicem turpem inuechitur: tanti ei fuisse Verris nequitiam, ut eius libidinem saguis innocentum lueret. Et postea non minori uchemen
 20 tia in ipsum Verrē, quod nec prouinciae, nec nationes, libidinem eius ferre potuerint: siquidē quod uiderit, quod audiuerit, quod cōcupierit, quod cogitarit, nisi ad nutum præsto fuisset, immitti homines, expugnare domos, ut uoto potiretur. Et is dicitur narrationis + pro cursus, qui in peroratione habet proprias sedes: hic ex occasione dignitatis obseruandus est, &c. Tunc autem amplificabis narrationem, si personas uel res non simpliciter & ieune, sed cum quadam adiecta epitasi denarraueris. ut si dicas de infelici sene, Male in hunc diem seruatum senem. Item
 20 si nomines, adsuetum ad contradicendum disputationem. Sic D. Hieron. dicit, In proprium exitium mens uæsa na. & illud Erasmi, Nesciat cedere pertinacia Curandū præterea, ne pugnantia narremus: quod in rebus fictis se penumero contingit, ut Fab. ait. proinde Prouerbio dicitur, Mendacem oportere esse memorem. Nuper legi uirum doctum (quem nō nomino) qui inter alia scripserat,

ad rastros rem redijisse: quod cogeretur uendere agros omnes. Quid ei de rastris, si agros uendiderat? In Euangelij multa uidentur pugnare, sed soluuntur mysterijs.

Oratores etiam doctissimi in hæc pugnantia incident.

declarat. Nā Cicero in Officijs † dilacerat Cæsarem, tanquā prædonem & tyrannum. quem in orationibus pro Marcello & Q. Ligario, non potuit satis laudare. D. Hieronymus lib. i. contra Iouinian. laudat Paulum tanquā artificem puri sermonis. Qui rursum scribens ad Agalthiam, negat in Paulo fuisse puritatem proprij sermonis. Sed 10 quid faciunt, quò euadunt oratores? Erasmus in Scholijs in Hieronymum, dicit rhetorum esse, ut ita subseruant materiæ. qui ipse hæc pugnantia aduerterat. Vbertinus in Cicerone dicit, esse epitheta † temporaria. equidem huiusmodi non maxime laudarim.

De his rebus cautè configendū est.

Haec duo multū officiunt, multū deprimū litigant, si instrumenta contra eū producantur, uel si in iudicij producatur uir bonus & prudens: profectō difficile consistet reus, nisi dicat, instrumenta ad hoc negotiū nō pertinere, uel nō esse solennia: uel contramorē, cōtrastatuta esse erecta, uel alia id genus. Super uiro prudente & bono, cuius est recepta autoritas, res est difficilior. oppugnari enim eius fides non potest, nisi dicamus, unico testi non esse credendū: quod est plenum odij. uel si dicamus, eum ad totū negotiū non aduertisse, alijs

aliis rebus occupatū: uel nō permansisse ad finē, uel audi-
tu deficere, et si quae sunt alia. Tu adde ad Ciceronē aliud
genus narrationis, reo difficile: cū patronus contra reū
narrare cogitur. Et hoc sit trifariam, uel si de actione est
cōtrouersia, uel si crimē in euentū reijsciatur, uel si nege-
mus accidentia criminis. quae tria ex Fabio didicimus,
qui tamē ea obscure tangit. Exemplū primi. Si accusa-
ris sacrilegij, quod pecuniā meā ex templo Iouis sustule-
ris: patronus rei cōfitetur quidē, pecuniā esse sublatā: sed
negat cōpetere crimen sacrilegij, furti actionē nō depre-
catur. Exemplum secundi. Accusaris quod maledixe-
ris principi: patronus tuus factū nō diffitetur, sed in euen-
tum culpā reijsiet, fuisse temulentū, incitatū à cōuiuis,
lubrico linguae te lapsum, inconsulto calore in conuitia
prorupisse, atq; adeò carere te dolo. h.e.c certe singula ex-
cusant à maledicto in principē, ut statuit D. Theodosius
in Tit. Si quis male principi, in C. Exemplū tertij. Ac-
cusaris stupri in puellā commissi, & insuper homicidij,
quod puella se præ dolore suspenderit. Cōfiteris stuprū,
homicidiū negas: q. præter tuā culpā id acciderit. Essent
nōnulla alia circanarrationē dicenda, sed procedēdū est.

Noua excogitauiimus.)

Mirabilem emphasim, uel si malis epitasis satis fu-
rat dicere, se noua excogitasse: sed adiecit, Nos soli: &
insuper, Præter cæteros. Quibus docemur, augere ora-
tionis gradus & intendere.

DE DIVISIONE CAVSARVM.



AEC est *tertia pars principalis orationis*, qua partimur, atq; adeò lumen præbemus orationibus. Est enim diuisio, ut *Trapezuntius* definit, per quā quid in controuersia sit, & quibus de rebus dicturi sumus aperiūr, &c.

Si ea quæ utilia nobis erunt, &c.

HAEC primam partem autores nominant *Seiunctionem*, cum diuidimus non controuersia à controuersis, quo loco sunt certæ circumstantiae attendendæ. Primo si ea quæ acceptamus, sunt nobis evidenter utilia, tūc sine dubio seiunctione utendū est: ut in exemplo textus nostri, cum accusatur Orestes matrē interfecisse, ipse dicit iure factū esse. Iā accusator acceptabit hanc confessionē, & seiunget: quod ei cum aduersario conueniat, matrem occisam esse. hoc tantū controuerti, an iure cæsa sit. Hic primus modus est uulgatus, de quo

2 Textus noster loquitur. Alia circumstantia, uel alius modus: quando dubitatur, an utile sit, ut aliqua acceptemus, ut si ex confirmatione firmamenti, aliis oritur status. Exemplum. Accusatur dux belli, quod clauerit ostia castrorū captiuis ciuibus, qui ab hostibus effugerant: et esse occisos ante castra, ab hostibus inseguientibus. Reus dux belli fatetur quidē ciues esse interficios, ostia autem clausisse

clausisse negat: aperta enim fuisse, sed trabem transuersum in limine positū. Principalis status est iuridicalis: sed iā erūpit status definitius, quid sit ostia clauderes an cum ponitur trabes conuersa. In hac controuersia nō est consultum, quod actor quicquam acceptet: quia nescit quid definiat iudex. Sumi te exemplum apertius.

Statuta prohibent ciuibus, ne uendant peregrinis bona immobilia. Titius donauit peregrino, & non uendidit: accusatur, tanquam uiolator legis. fatetur se donasse fundum peregrino, sed nō uendidisse. iam oritur status legimus ex scripto. Hic non est consultum accusatori, quod quicquam acceptet, cum ignoret quem in euentum statutum acceptetur. hoc est quod Cicero hic breuibus uerbis dicit: Si ea quae utilia sunt, cōuenient. In summa noueris, quoties reus factum ita confitetur, ut tamen neget qualitatem aliquam facti: non esse consultum accusatori, ut se iunctione utatur. nam non est tutum, si dicat: Conuenit mihi cum aduersario super hoc facio more, cum adhuc qualitas facti sit indiscussa. nam si ista qualitas contra nos definiretur, iā retro acceptassemus quae nobis nocerēt. Et hoc etiam est in scholis Artistarum consultum. Nam acti homines aliquando tecē supponunt, quae si nobis cum aduersarijs conueniant, facile ducimur ad metas redargutionis, sequentibus illationibus. Tertius modus, cum ueremur quod reus contradicat, si dicimus aliqua nobis cum ipso cōuenire: ut ad clore petente pecuniam debitam,

reus dicat se soluisse. hic si actor inferat, quod sibi cū aduersario conueniat, debitum præcedere: quia qui allegat solutionem, confitetur debitum. Certe reus hoc facile negabit, nihil sibi cum aduersario conuenire. non enim esse uerum, debitum confiteri cum, qui solutionem allegat. potest enim solui pecunia etiam non debita. Hoc casu imprudente facit actor, qui sciuunctione utitur, quā facile potest negare reus. ex est hoc exemplū Ioannis Andreæ in regula, Excep. Et in hoc tertio modo sciuunctionis fundatur doctrina Iurecons. Marcelli, in l. Nō utiq; ff. de exceptionibus. Quartus modus sciuunctionis est, cū nō oppugnatur id quod dicimus nobis cōuenire cū aduersario: sed negat reus alterā partē, quæ dicitur relinquere in controuersia. dicet enim: Non contradico, quod tibi mecum conueniat de hoc dicto: sed nego, quod quicq; plus relinquatur in controuersia. Finge Exemplū. Vides plures bonos et doctros uiros, qui iam scribūt cōtra eminentiā primatus Apostolici. Finge aliquē Titiū accusari criminis leſe maiestatis, quod cōtra uicariū Christi summū Pontificē, & in eius diminutionē scriptis machinetur. is fatetur se machinari contra Romanū episcopū, & in hoc sibi cum aduersario cōuenire. cæterū id sibi licuisse. negare enim, uicariū Christi aut ulla tali dignitate esse, ex cuius diminutione crimē leſe maiestatis incidatur. Vnde dicet ad Iudices, hoc solum esse in controuersia, hoc solum in causa spectandum esse, an non sit uicarius Christi Romanus

Epi-

Episcopus? Actor oppugnat hanc partem sciunctionis,
 contendens hoc minime esse controuersum, quod Papa
 uel Romanus Episcopus sit uicarius Christi: nec audiendu-
 rum reum, qui uelit controuersiam facere ubi nulla sit:
 Sed confessim damnandum, tanquam eum qui crimen con-
 fiteatur contra Romanum Episcopum, id est uicarium
 Christi. Hic laborandum est reo multis argumentis, o-
 mnibus uiribus, fortissimis rationibus, ut faciat consiste-
 re controuersiam. Hoc contigit Ciceroni pro Milone,
 postquam fateretur Clodium ex Milone esse occisum. iā
 super eo facto ei cum aduersarijs conuenerat. Sed dice-
 bat, Milonem iure fecisse: & in hoc relinqui controuer-
 siam. quam partem oppugnabant accusatores, negantes
 in hoc posse consistere controuersiam aliquam, cum ma-
 nifestum foret, Milonem non iure fecisse: tum quod sena-
 tus decreuerat eam cædem contra Rempub. factam esse:
 tum quod Pompeius iam antè retulerat, ut de homicidis
 fieret quæstio. Has oppugnationes Cicero tota propè o-
 ratione demolitur, anxie laborans, ut faciat consistere
 controuersiam, ne statim Milo pro condemnato habeat-
 tur. Istos modos sciunctionis notandos puto, à nemine
 itaclare elucidatos. &c.

Interfectam esse ab Oreste matrem.)

Est primus modus sciunctionis, cū accusator confes-
sionem rei planam, simplicem, apertā, nudam acceptat.

Nam

Nam Orestes accusatus apud Areopagitas, quod matrē occiderit, ingenuè hoc confitetur, sed dicit iurè fecisse: meritò esse cæsam, cum ipsa adultera cum Aegistho adultero Agamemnona maritum, patrem Orestis, à Troia reuertentem occiderit. Nam traditur, Agamemnona, cū domum rediisset & lauaret, tunica in capite & manicis clausa ab uxore indutum, ut sic tutius posset interfici uir fortis. Quod crimen postea ultus est Orestes, factus maior natu: & accusatus à Menelao apud Athenienses philosophos Areopagitas, hoc modo se defendit, quem in 10 Textu habes.

Agamemnonem esse à Clytemnestra occisum.)

Ista sunt uerba Orestis, se defendantis. quia accusator Menelaus fatebatur, Agamēnona ab uxore Clytēnestra cæsum fuisse: sed non licuisse propterea filio, matrem occidere. cui nunc respondit Orestes: ut in Textu.

Distributione uti debemus.)

Distributio est partitio eorum quæ dicturi sumus, ut ordine dicantur. 20

Ea diuiditur in duas partes.)

D'Ebebat præmitti expositio: hoc enim rerū exigit ordo, & ita præmittunt cæteri. Fab. lib. 4. cap. 5. nō probat hanc doctrinam Ciceronis, uel cuiuscunq; alterius, qua alligatur partitio ad tria membra,

bra. dicit enim, eam rem non esse alligandam lege, cum
causa aliquando possit cōpluria membra desiderare, fa-
tetur tamen ad hoc potissimum contendi, ut extra nume-
rum ternarium partitio non effluat: quod & ea res tur-
bet intentionem, ob torqueat memoriam iudicis, & faciat
facile excidi aliqua ex partitis. In qua re ubi sunt Iuristæ
nostræ qui quanto plura membra diuidunt & subdiuidunt,
tanto uidentur acutiores. Habet insigne exemplū apud
Ciceronē pro Pompeio: qui dicebat se primo dissertū
de genere belli, deinde de eius magnitudine, tū de Impe-
ratore diligendo, & uix in Cicerone effusiora inuenies
membra. Fit ergo Distributio, aut exponendo, aut enu-
merando: quæ utraq; in re & effectu non differunt. nisi
quod illud sine numero, hoc cum numero usurpamus: il-
lud simplicius & soluta expositione, hoc solenni parti-
tione. ut si proponas: In tota hac controuersia de reo di-
cā, de crimine, de corruptis testibus. hæc est expositio.
Si aut̄ partiaris: Primo de reo, mox de crimine, tandem de
corruptis testibus dicam. ista est enumeratio. Cicero in
ueteri Rhetorica solius expositionis meminit, tacet enu-
merationem: utpote quod altera per alteram cognosca-
tur. Hæc distributio tria habet, ut omnes autores conso-
nant post Ciceronē in ueteri Rhetorica: ut in ea sit bre-
uitas, absolutio, & paucitas. Breuis distributio nihil nisi
necessaria cōtinet, et nō patitur excusum, ne fatigetur
& interturbetur memoria iudicis. Hoc pulchrè seruauit

Simon

Simon Terentianus ad Sosiam: Nam et uitam gnati disces, inquit, et quid ea in re sit meū consiliū, et quid te uelim facere. Vitiosē ita dixisset: Iā et uitā gnati disces, quām fuerit impudica, lasciuia: deinde meū cognosces cōsiliū, quod iam diu deliberauī, quod prudens, quod necessariū puto: et quid te facere uelim, quem fidelē puto, cuius operam semper cognoui diligentē. ita enim non seruatur breuitas. Quod utimā nostræ ætatis professores obseruarēt. qui si inter partiendum digrediantur, gnaui homines sibi uidentur. Absolutionē exigit distributio, id est perfectionē, ut omnia in diuisione includātur, præsertim quæ ad causæ cardinē pertinēt. Ut si dixerimus: Duo potissimū tractabo. alterū ad spoliū pertinet, alterū ad damna. In hoc est adhibenda industria, ut summā totius causæ in parteis ita colligamus, ut nihil extra diuisa excidat. Paucitas in distributione hoc exigit, ut diuisuri uel distributuri, membra diuidentia potius colligamus per genera, q̄ per species uel indiuidua. In nostra enim arte nihil interest, inter species et indiuidua: nisi materia subiecta aliud exigat. Sunt aut̄ species innumeræ, uel saltem multæ. Diuisio rerū, qualem reprehenditur fecisse Azon, in Tit. de Rerū domi. Pulchre ergo Iurecons. cū dicit, omne ius cōsistere aut in personis, aut in rebus, aut in actione. Sic Iurecons. alibi: Summa diuisio personarū, inquit, quia homines aut sunt liberi, aut serui. l. 2. ff. de Iuro person. Vbi Glossatores anxie cōflictantur, quid intelligatur.

gatur per summā diuisionē. Tu intellige hæc tria: quia
breuis est, absoluta & pauca uel modica. In hoc cauendū
iubet Cicero in ueteri Rhetorica, ne in partitione species
generi cōmisceantur. ut si ita partiari: Ostendam pro-
pter cupiditatē, audaciā & auaritiā, omnia nobis mala
cōtigisse. hæc est uitiosa partitio. Quia auaritia sub cupi-
ditate, tanquā sub genere continetur. Hoc uitiū nō cauēt
Iuristæ. nā uitiose partiris dicendo: Primo de adoptatio-
ne generaliter dicā, deinde de arrogatione. quia arroga-
20 tio sub adoptione continetur. Hoc nomine inueni nuper
à Cicerone repræhensum philosophum, haud dubie Epi-
curum, lib. 2. de Finibus: qui distinxerat cupiditates, aut
esse naturales, aut necessarias, aut neutras. nā non conue-
niebat ponere necessarias, quæ sub naturalibus contine-
tur. Tandē circa partitionē noueris, cauendū ne mem-
bra diuidentia ponantur, quæ uel non posita intelligan-
tur: ut, ostendam hūc reum nō uoluisse facere cædē, dein
nō potuisse, & tandem nō fecisse. hoc ultimū sufficiebat.
& est exemplū Ciceronis in ueteri Rhetorica. Aliud ex
20 emplū ponit Fabius: Ostendā hunc hominē alterius esse
existimationis, q̄ quod in hoc crimen inciderit, deinde nul-
lam ei causam fuisse faciendi huius facinoris, & tandem co-
tempore absuisse Romæ. quod ultimū satis fuerat. Hoc
male cauent cōsultores in Iure nostro, cum pro cōsilijs
confarcinādis multa dubia mouent, nō necessaria: cū in
una dubitatione, quæ causa cardinem tangit, sufficiat.

DE CAVSARVM CONSTI
tutionibus.



+ uel defin-
itione status

LII faciunt quatuor cōstitutiones, scilicet conjecturæ, finis, generis, actionis. Iſti debet bant actionem comprehendisse sub genere †. Status (ut interīm reſecemus infinitos conflictus apud Fab. lib. 3.) est, in quo maxime causa conquiescit, & id quod est in causa potentissimū, & in quo cardo negotij uertitur. Vnde licet aliqua cōtrouersia habeat plures status, id est, iudicationes cōtinentia: tamen à nullo censabitur controuersia, niſi à potentiori. Ante quam ad statutus procedamus, necessario uidendum est, quæ sint genera Aſystatorum, id est, quæ sint sine statu. neq; enim dubium est, complures esse controuersias, quæ consistere non possunt, id est, ubi aduersario non patet campus pugnandi, deficientibus armis, uel propter caſe obscuritatem. Collegimus autem ex Trapezuntio, duodecim genera Aſystatorum, est enim unicum, item sine circunstancia, deinde sine colore: item æquale, conuertibile, inexplicabile, non uerisimile, impossibile, turpe, impensum, erraticum, præiudicatum.

Aſystatorū genera quot. Vnicum est, quando ab alterutra parte caſe tantum consistit, nec ab altera quicquā idonei inuenitur. Ut accusatur leno, quod foucas fecerit, ut iuuenes noctu ad eū uenientes præcipitarentur. Hic ex parte accusatoris controuersia

trouersia consistit, ex parte rei non. Quia licet colore
 inueniat, dicens se noluisse ut omnes iuuenes ad eum ue-
 nirēt. nisi quos ipse uellet: hoc nihil est, nec erat conue-
 niēs testimonium. ut contra Iudeos dicitur. Quia post-
 quam leno erat (neminem poterat excludere, ut meritō
 damni condemnetur. Sic fuit causa Iudeorum contra Sal-
 uatorem nostrum Christum. Sed hoc Asystaton in aliud
 genus cadit, ut mox dicemus. Aliud est genus Asystati, 2
 quod dicitur sine periftasi, uel sine circumstantia. et hæc
 10 ideo dicitur nō consistens controuersia, quia actor caret
 comprehensione, id est conjecturis, quibus actionē suam
 tueatur. Ut si pater in iudicio pergit abdicare filiū suū,
 filius sciscitetur quid mali meruerit: pater nullā causam
 prætexere potest, nullo signo uti, uel alia cōjectura aut
 probatione. Et hoc Asystaton differt à superiori. quia
 superius respicit reū, & prætexitur causa, licet non idonea:
 hic autem controuersia cadit ex parte actoris, qui et
 nudus est ab omni causa. Hoc est quod in Iure dicimus, stipu-
 lationem sine causa nihil ualere. l. 2. §. Circa. de dolis
 20 exceptione. Vnde si petas decē à Titio quæ promiserit,
 Titius respondeat nullam subesse causam stipulationis,
 iam t̄ cecidit controuersia hoc Asystati genere, si actor t̄ cedit.
 nullam causam adduxerit, quia caret comprehensione.
 Tertiū genus est, quod dicitur ἀχωριπ̄ apud Græcos, id
 est sine colore. Et hoc genus Asystati concernit reum ac-
 cusatum, qui nullo se colore potest contegere. Ut accusan-
 b tur

tur decem milites læse Reip. quod pollices absciderint,
ne delectui inscriberentur, ne cogerentur dare nomina:
ista accusatio aperta est, quam tergiuersari, uel ullo colo-
re milites contegere non possunt. quapropter cadit con-
trouersia, cū non sit defensioni locus. Sic si maritus uxo-
rem in adulterio depræhensam accuset: iam non est locus
diuerticuli, uel effugelæ. ut merito dixerit Iuuinalis, Dic

- 4** *Quintiliiane colorem.* Quartum genus æquale, cum
ex utraq; parte paribus locis nititur accusator et reus.
Sic fuerat hoc antistrephon Euathli cum suo præcepto-
re. Præceptor dicebat: Dabis mercedem, siue perdā, siue
obtineam. nam si perdo, dabis ex pacto: si uinco, dabis
ex sententia. Euathlus reus eisdem præcise argumentis
locisq; usus est: Disce magister, neutribi tibi mercedē de-
beri. quia si uinco, non debeo ex sententia: si perdo, non
debeo ex pacto. Hoc est quod Vergilius dixerat, Mute-
mus clypeos. Habet exemplum. Finge duos iuuenes
nobiles, uicinos, quibus utrisq; sint formosæ uxores: hi
se mutuo conueniunt circa domos suas noctu, alter alterā
adulterij accusat. nulla potest esse circumstantia, nullus lo-
cus, nullum argumentū illius, quim etiam sit alterius. In
hoc genere Aystati sunt duo, qui se utrinq; probat pos-
sessores fundi: hinc oritur interdictum, Vti possidetis.
*Quia iudex cum nō potest dirimere litem, dicit: Vti pos-
sidetis, ita possideatis.* Aliud genus est cōuertibile, cū
actio tota conuertitur: ut accusator rei defensione, reus
actor.

actoris propositione nitatur. Finge aliquem exigere ab
 amico pecuniam cum usuris: peto pecuniā mutuam. reus
 contendit se debere eā pecuniā tanquā depositā. penden-
 te lite fertur lex à Repub. de nouis tabulis, id est, ut anti-
 que cautiones cū usuris cancellentur. Quapropter iste
 actor petit pecuniā, ut depositam. Reus contendit, se non
 debere, nisi mutuam cum usuris. Actor replicat, reum pe-
 cuniam depositam esse confessum. Reus duplicat, actore
 confessum esse pecuniā mutuā. Hoc cōuertibile habemus
 20 in l. Si ego. si certum petatur. Vnde si dico, me tibi do-
 nasse decem, ut librū scribas, et peto ut ad hoc cogaris: tu
 dicas, ea decem tibi simpliciter & pure donata. Iam ego
 deserta actione, alia instituo: et peto à te reuocari, decem
 pure donata, quia ingratus fuisti. iam tu defendis, quod
 decem fuerint tibi sub modo donata. hoc ex uerbis meis
 probas, ego diuersum ex tuis uerbis urgeo. Hoc est con-
 uertibile. Aliud genus est inexplicabile. quādo id quod
 proponitur, nec resolutionē habet, nec iudicij finē. Finge
 Alexandrū in somno esse edocū, ut nō credat somnijs. si
 20 nō credis somnijs, cur enarras somniū? Si somnio credis,
 cur enarras somnia? Eius loci sunt + propositiones inso-
 lubiles sophistarum. ut cum dico: Ego dico falso, si res
 uera est: tunc tu mentiris, cum dicas te falso dicere. Si
 falso est, ueritatē dixisti, dicendo, ego dico falso. Hic
 est nodus inexplicabilis, quem habes in l. Ita stipulatus.
 in gloss. magna, post medium, de Verb. oblig. Hunc no-

dum facile explicabis, et non erit propositio insolubilis,
 + pronun- sarem de qua + enuncias separaueris à cortice uerborū,
 cias. quod tamen est alterius loci. Huius inexplicabilis egre-
 gium habemus exemplum apud Iurecons. in l. si Titius.
 De uerborū oblig. Ut promittis mihi decem, si Titio non
 dederis. Titius pariter stipuletur, promitti sibi decem si
 Zasio non dederit. hæc decem cum petiero, repellis me,
 quia non sit tibi certum an uelis Titio dare. sic si Titius
 petat, eodem modo repellitur, non esse sibi certum an ue-
 lit Zasio dare. Sed Iurecons. imitatur Alexan. Magnum. 10
 qui cum non posset Gordij nodum soluere, gladio disci-
 dit: ita Iurecons. dat finem huic perplexo, per litis conte-
 stationem: qui prior litem contestetur, iste prior agat.

Aliud Aſystaton, non uerisimile. Hoc incidit, quando
 aliquis contra opinionem hominum accusatur. Ut cum
 Scipio Africanus accusatus fuerat repetundarum, quod
 nemo crediderat. Quare Scipio reiecto accusatore, ascen-
 dit templum supplicaturus. Ista controuersia non consi-
 stit, quia non erat uerisimilis accusatio. Sic si quis accuset
 Aristidem iniustitiae, uel Xenocratem incontinentiae, lu- 20
 xuriæ ſiue lenocinij: uitia utrisq; uiris aduersissima.

Aliud genus, nempe impossibile, est, quod tentatur co-
 tra fidem naturæ rerum: ut si infans accusetur adulterij,
 si carceratus homicidij, si utrisq; manibus mancus accu-
 setur strangulationis. Hinc oritur decisio Iurecons. qui
 habent conditionem impossibilem pro pura, l. impossibi-
 lis.

lis, de uerb. oblig. Sciuerunt enim, quod impossibile non facit consistere controuersiam. Sequitur Turpe genus: est, quod prima fronte reijcitur, tanquam spurcum, uel ipso quoq; iudicis officio, uel parte tacente. Ut si uxore tuam locasses mercede, quam ex conducto petis: Si qui communicauit cum fure, & petit lucrum. Sic si ob homi-
cidium faciendum pecuniam dedi, quam uolo repeteret.
Hæc omnia sunt turpia, que à foro non recipiuntur. Ex hoc Asystato fundatur responsum Imperatorū Diuile.

so Et Maxi. in l. Transactionē. C. de Transactionibus. ubi reiſciunt eum, qui suā improbitatē allegat. Impensum 10 genus, cū ex altera parte tāta agendi sylua effunditur, ut alteri parti non sit tuta defensio. Et dicitur Impensum, quia impensē & uehementer premit aduersarium. Vos scitis, Athenienses collocasse statuas tyrannicidis Armo-
dio et Aristogitonī, qui cæciderāt quadraginta tyrānos: ad quas statuas si quis cōfugeret, tutus erat. finge Critiā tyrannum ad has statuas confugere, & sese defendere, quod hæ statuæ hoc priuilegio ornentur. hic accusatori-
20 magna fluit + dicendi copia contra Critiam: quòd tyran-
nus eo priuilegio nō gaudeat, quod propter tyrannos cæ-
sos emerserit. Iam Critias non habet unde se defendat.
Hoc genere usus est Cicero, cum uehementia dicendi elin-
guavit Curionem, insignem oratorem: confudit memo-
riam Hortensio, cōpescuit acerrimos accusatores Lig-
rij Tuberones. Nostro iure cauetur, et adiunguntur patro-
+ inuichendi

ni causarum iuramento, ubi cunq; hoc genus Asystati in
 cederit, causam deserant, & fractam non tueantur, in l.
 rem non nouam. §. Patroni. C. de iudicijs. Hoc genus in
 proprie dicitur Asystaton, uel ex suppositione. nam de se
 consistit controuersia, sed propter uehementem defen-
 sionem cadit. Erraticum: cum res, modus, tempus, lo-
 cus, aliter narratur, quam ueritas historie, uel rei gestæ
 se habeat: quod nos dicimus causa cadere, si delinquitur
 deducēdo. Hinc sunt prodita iura, quæ aduocato permit-
 tuni errorē suum corrigerē intra triduum. C. de errorib.
 10
 32 aduocatorū, per discursum. Ultimum est, præiudicatum:
 quod parum ab impenso differt. nam cū cōmuni opinio-
 ne hominū circumstantium reus pro damnato habetur, is
 premitur præiudicato. quia antè contra eum iudicat opi-
 nione, & fama hominū. Ut si uxor maritum adiuuet, ei
 locum ostendat, quo tuto posse cædi tyrannus: et cæditur
 à marito: is maritus postea uxorem adulterij accuset, cō-
 muni hominū opinione hæc uxor absoluitur, quæ autor
 fuerat ut liberetur ciuitas, ut daretur merces marito tan-
 quam uiro forti. Sic si pater à liberis ingratitudinis ac-
 cusaretur, quem constabat fuisse fidelissimū in eos, quis
 talem accusatorem ferat? quis non protinus eū damnet,
 uelut præiudicio? Hoc genus D. Augustinus accōmodat
 ad figurā cōtroversiæ, quæ dicitur Amphidoxa, id est du-
 biæ opinionis. interuersatur quidē res honesta, sed turpi
 tudo præualet. Ut si Scipioni detur optio, pro rebus præ-
 clare gestis: ipse optet mortē ciuis Rom. Iā præiudicato

premitur, se se indigna optasse. Si quis in hoc genus inclu-
deret filia Herodiadis, quae propter saltationē petijt ca-
put Ioannis Baptistæ, non errabit forsan. Hæc duodecim
genera rediguntur ab D. Augustino in quatuor genera
Aſystatorū. Sed clarius Trapezuntius, qui duodecim ge-
nera posuit, imitatus Frontonem. Tūc igitur status dice-
tur cōſistere, & per locos probari, ubi persona certa eſt,
& res ex utraq; parte certa: & nihil corum interuenit,
quæ ſuprà in Aſystatis diximus.

Epilogus.

10 Constitutio eſt prima deprecatio.)

Quod ut clarius intelligas, nouiffe conueniet, conſti-
tutionem ſeu ſtatū circa duo uersari, intentionē et de-
pulſionē. Intentio eſt eius facti obiectio, quod in iudiciū
uenit. & ad eum pertinet, qui uel accusat, uel agit. Quia
eam rem intendere dicitur, de qua reus inſimulatur, id
eſt accusatur. Et ſignificanter utimur hoc uerbo Inten-
dere, quia ſemper lites intenduntur, id eſt crescūt, augen-
tur & fouentur, peste aduocatorū. Depulſio eſt, inten-
tioni riefiſtens deſenſio, quam Cicero hic nominat depre-
20 cationē. Deprecari enim, eleganter eſt recuſare. Vnde
Catullus ad Fundū, non deprecabatur grauedimē & tuſ-
ſim ſuperscriptis nefarijs. Sic reus deprecatur, id eſt re-
cuſat, depellit, à ſe uertit id quod cōtra eū intenditur. Ex
hiſ duobus inter ſe ſe cōcurrentibus cōflictibus, intentio-
ne & depulſione, naſcitur cōſtitutio uel ſtatus, qui ſta-
tus nō apparet niſi ex repugnātia & collisione deſenſio-

nis, cū accusatione: ut sic pes pedi, uelut in bello cōserat-
tur. Vnde in coniecturali mox ex negatione rei habetur
constitutio: ut, Occidisti Aiace Vlysses? nō occidi. Iam sta-
tus coniecturæ, iā quæstio ciuilis nata est, Occiderit ne?
Et sic exponas definitionē Ciceronis, cū dicit, cum insi-
mulatione accusatoris, id est accusatione directè facta, &
in primo limine. Et tūc refertur definitio ad statum con-
iecturalem. Cæterum si ex defensione rei non erumpat
status, tunc hæc definitio aliter intelligetur. quod decla-
ro: Accusaris te interfecisse Titium, tu fateris factum, sed 10
dicis te iure fecisse, quod tibi insidias locauerit. Accusa-
tor negat te iure fecisse, quod nō liceat hominē occidere.
Ex ista deductione accusatoris, iam nascitur status et cō-
stitutio iuridicalis: quia si accusator nihil obijceret reo
crimen fatenti, & iure fecisse dicenti, iam non esset con-
trouersia, & incidissimus in genus Asystati. Et tūc ex-
ponas ista uerba cū insimulatione accusatoris, id est, cū
quadā depreßione, denigratione, attenuatione, qua accu-
sator defensionē rei tollit, deprimit, eneruat. Et hoc in-
tellectu cōpræhenditur status iuridicalis, & status legi 20
timus, & quicquid omnino est statuum. Dupliciter igitur
contingit, status seu cōstitutiones principales oriri, aut
ex rei negatione, & est status cōiecturæ: aut ex accusa-
toris resistētia, & hinc omnes alij status ueniet. Ex præ-
dictis dissoluitur anceps dubitatio apud rhetores, an de-
pulsio semper faciat statum. Sanior sententia est Trape-
zuntij,

Zuntij, ex depulsione semper nasci statū: dum meminemus, de pulsione aliquādo intelligi directē pro negatio ne rei: aliquando mediate, & ex obliquo, pro resistentia accusatoris. Hoc est quod in Iure nostro dicimus in l. 2. ff. de exceptionibus, quod reus excipiendo fit actor, & actor in replicando reus. Cæterū quod Cicero constitutionem dicit esse primam deprecationem, uidetur Fabio non nihil ineptè locutus, lib. 3. cap. 7. Quia non deprecatio, id est recusatio facit statum, sed id quod ex recusatione nascitur, scilicet controuersia. Sicut uitiosè dicas, sonū esse duorum corporum collisionem. fragor enim qui ex collisione fit, sonum reddit, id est mutat auditum.

Constitutiones itaq; tres sunt.)

Expeditus & clarius foret, in quatuor genera diuisisse statū: quod facit Cicero in veteri Rhetorica, & pleriq; omnes rhetores ante hūc autorem. ut sit unum genus coniecturæ, aliud finitionis, tertium generis, id est qualitatis, quartum actionis. Quam diuisionem sequitur Trapezuntius: & ego eum sequerer, nisi 20 hunc autorem interpretandum suscepissim. Quam partitionem Fabius à naturæ quodā cursu probat. nam cum contingit de rebus dubitare. primo queritur An res sit: & cōperto rem esse, proxima dubitatio est, Quid sit: & cōstituta quidditate, nō potest de alio dubitari, nisi Quæ lis res sit. Quod cū scierimus, iam sublata est omnis dubitatio: nisi nodus incidat, qua actione petatur. Quapro

pter autor hic est imperfectus, et parū ordinatus. nā po
nit legitimū pro altero statu, in quo non inuestigatur,
nec an res sit, nec quid sit, nec qualis sit: licet Cōmentato
res eo nomine hunc autorē defendant, sed errant. quia le
gitima constitutio est, quasi extrinseca, ad rem uel factū,
scilicet: qua lege possit defendi factū, quæ lex obstat uel
non obstat. Hæc propterea scribo; si disceptandum sit in
Rhetorica, sicut in alijs artibus, tunc posset hæc affer-
tio intrepidè defendi contra Ciceronem hic.

Coniecturalis est cum de facto, &c. 10

VT cum factum statim negatur. & dicitur conie-
cturalis, ut eleganter Fab. docet lib. 3. cap. 7. à
coniectu, id est quadam directione: scilicet cum
rationis discursu coniçimus ad ueritatem inuestigan-
dam. Vnde dicit Fabius, coniectores dici somniorum in-
terpretes: quia cum factū accusamus, quod reus negat,
iam factū est incertum. quia omnis res negando fit incer-
ta, ut dicit Baldus. Hic necesse est uti cōiecturis, signis,
argumentis, tabulis, quæstionibus, testibus, præiudicijs,
&c. ut per eas coniecturas factum probetur. 20

Ajax in sylua, &c.

POstquā Paris interfecerat Achillem iētu sagittā,
orta est inter proceres Græcos cōtentio super ar-
mis Achillis. Agamemnō decreuit, his, qui essent
proximi uel iuncti sanguine & fortes uiri, deberi. Con-
flictabantur simul Vlysses & Ajax Telamonius. Vlys-
ses

ses tanquam uir facundus, dicendo hæc arma euicit. quo nomine Ajax in insaniam uersus, in castra Vlyssis irrupt, interficiens omne armentū: credebat enim Vlyssem se interfecisse cum suis militibus. postea reuersus ad sanitatem, cum errorem compierisset, in syluam secedens se se interfecit. Vlysses forte fortuna comperto facinore, gladium ex corpore Aiakis extraxit, & cadauer sepelijt. porro & Teucer frater Aiakis cum eum in sylua quæsisset, inuenit Aiakis cadauer cum Vlysse. quare Teucer
10 Vlyssem accusauit homicidij.

Legitima est constitutio.)

Hic autor seipsum egregie iugulat: quia hæc definitio legitimi status in nullo conuenit cum statu finitiuo, cuius controuersia non nascitur uel in scripta lege, uel ex scriptis legibus.

Ex scripto & sententia.)

Tunc oritur controuersia ex scripto & sententia, cum uerba legis scripta aperta sunt & certa. Sed casus incidit, ubi dubitatur, an mens legislatoris hunc casum includat. Finge esse legem in ciuitate aliqua, quod exules si qui redierint preter consensum magistratus, capite puniantur. Quid si iste exulus deat, ut cōmoneat magistratum imminentis obsidionis hostiū: hic dubitatur, an sit capite puniendus. controuersia est in scripto et sententia. lex scripta eū punit, quæ est clara: sed an mens legislatoris eum puniat, hoc ambigitur.

Si lex

Silex sit quæ iubeat eos qui propter.)

Hoc exemplum est inceptum ad hanc constitutio
nem scripti et mentis, propter duo. primò, quia
certum est, ægrotū hanc nauē non conseruasse,
et si se lege iuuare non potest. secundò, dato etiam quod
ægrotus nauem perdat, sicut meritò perdit: per hoc ta-
men exercitor nauis eam nō recuperat, sed ad fiscum re-
uoluitur: amiserat enim nauim. Ex hoc statu scripti et
mentis, potest fundari ridicula istæ controuersia Iuri-
starum. statutum est Italiæ: Qui fundit sanguinem in pa-¹⁰
latio potestatis, membrū amittat. rasor diminuerat san-
guinē phlebotomando in palatio, an membrū amittat. est
acer conflictus Iuristarū, qui non habet nisi nugas. Hæc
constitutio scripti et sententiæ habet etiam locum in te-
stamentis, cum dicitur, testatorem plus uoluisse quam
scriptum sit. ut substituitur hæres infantī, si intra pupi-
laria moriatur: iste infans nō nascitur, hunc casum tacuit
testator. iam ambigitur, an substitutioni sit locus.

Ex contrarijs legibus contro-
uersia constat.)

Contrariæ leges hic nō intelliguntur, si quæ dire-
ctè dissideant uel resultent. hoc enim nō intendit le-
gislator, ut pugnātia uel scribat uel ferat. Quod
si huiusmodi dissidentia in legibus inueniatur, quæ pla-
cari non possit, iam altera abrogabit alteram, ut elegan-
ter

ter dicit Fab. lib. 2. Sed contrarietas de qua hic autor loquitur ex occasione, ex euentu, ex factorum conclusione contingit, ut si leges duæ dum in suo quæq; casu loquitur separatae essent, altera alteram non tangeret: siconiungantur duorum factorum, negotiorum, euentuum casus, iam altera collidit alteram. Exemplo sumpto à duabus nauibus in Rheno, quælibet separata est: sed si altera impingat in alteram, iam colliduntur. Aliud exemplum.
 Lex municipij dicit, doctoribus non licere patrocinari
 20 coram magistratu, sed solis ciubus. quidam doctor efficitur ciuis, is ex uno capite legis non potest patrocinari, quia doctor: ex altero capite permittitur, quia ciuis. Et potest hæc dissidentia aliquando ex una lege, quæ duplex est, oriri. ut, lex est: Raptæ raptoris aut mortem, aut nuptias petat. quidam duas rapuit, altera petit eius nuptias, altera eius mortem. Hoc contingit etiam in contractibus. ut, fistipulor à Titio bouem aut equum, utrum ego uelim. Et morior, relictis duobus hæredibus: unus ex hæredibus eligit bouem, alter equum. sic in testamen-
 20 tis, quæ habet uicem legis, si dicat testator, Hæredes mei aut sepulchrum ædificant, aut decem danto: alter uult dare decem, alter ædificare sepulchrum.

Ex ambiguo controuersia nascitur.)

Hic status late patet, cum apud Gellium Apollinaris uoluerit omnes dictiones esse ambiguas. quod et si nō sit receptum, plura tamen esse genera ambiguorum Fabius

in scriptimo docet. Et nos infra libro secundo ostendemus.

Tullius haeres meus.)

Ex hoc exemplo aliqui coniiciunt, Ciceronem esse autorem huius libri. habuit enim filium Tullium, et uxorem Terentiam. Sed hoc nihil impellit, quia possunt ab huiusmodi illustrib. uiris exempla sumi. deniq; poterat dicere Tullius, matri sue dato, et non uxori meae. Sed haec current, quibus est otium. Tu adde aliud exemplum ex ambiguo. Testator legauit Titio taurum. Titius uult Taurum seruum, haeres uult bouem dare. Et item aliud exemplum ex Fab. lib. 7. Testator legauerat t mancipio statuā aureā hastā tenente: ambiguum, an statua sit aurea, an hasta. Haec pulchre dissoluemus in 2. lib.

muni-
cipio. Ex definitione causa.)

Hec species legitimae constitutionis, quam Cicero nominat definitiū statū, includit in se quancunq; descriptionē, uel notificationē nominis, de qua dubitatur, siue per genus et differentiā, siue per causas, siue per effectus, uel per quascunq; circūstantias. De quo alibi plura, nempe in 2. Vnde discedet hoc loco anxia Lō gicorū præscriptio, quam Fabius uere seruitutem nominat: Rodolphus Agricola irridet, sicut infra dicemus.

Quo nomine factum appelletur.)

Ex istis uerbis autoris satis constat, definitiū statū non esse speciem legitimae constitutionis: quia hic nulla lex controvertitur, nulla metrio legis fit, sed tantummodo quo nomine factum

factū appelletur. De his tamen latius in secundo dicetur.
Cum L. Saturnin. legē frumentariam.)

L. Saturninū nominat hic Cicero, cæteri historicī
Cn. uocant Apuleium Saturninū. is erat Tribu-
nus plebis seditionissem̄, tempore C. Marij. Et
quod Cicero hic dicit, legem frumentariā laturum fuisse
sem̄isibus & trientibus, intellige ipsum uoluisse diuide-
re inter pop. Rom. frumenta ex horreis, ut aliquibus da-
retur sem̄is, id est modius uel amphora dimidiata: uel
triens, id est quatuor unciae modij uel amphorae dare-
tur alijs. nemo enim est qui ignoret, duodecim esse partes
ass̄is: ut sic dimidiatus as̄ dicatur sem̄is, et quatuor unciae
dicantur triens, tres unciae quadrans, & ita de alijs. Hāc
historiam nō inuenio apud ullum probatum autorem, ui-
delicet quod Saturninus legem frumentariā latus füe-
rat, & diuisurus per sem̄isses & trientes. Hoc tamen ha-
bet ueritas historiæ apud Titum Liuum 48.lib. Epito-
matum Flori, apud Valerium Max. lib. 6. apud Florum,
Appianū lib. 1. & Pliniū in lib. de uiris illustribus, Cn.
Apuleiū Saturninū legē ferre uoluisse agrariā, ut agri in
Africa, uel ut alijs in Galatia ueteranis militibus diuide-
rentur, ut fauore militum Marianorū miret: res pestiſe-
ra & pernicioſa ſemper uifa Romanis, cum ſuper lege
agraria ferenda Tribuni contendarent. quam legem cum
pergeret Saturninus ferre, collega ſuus Bebius interceſ-
ſit, conatus impedire, qui tamen populi lapidatione

facta

+ interem- facta summotus est: & ita lex agraria per uim est lata.
ptus est. in quam ne iuuaret Metellus Numidicus, uir nobilis &
præstans, uoluntario se multauit exilio.

Qui per id temporis quæstor
urbanus erat.)

PRIMUS gradus erat nobilitati, ut efficeretur quæ stores, & præcessent ærario: quod docuit Plutar chus in uita Catonis, uel ut uoluit Cicero in Philippicis. De isto aut Cepione nulla est historia hoc loco, uerū alibi multa de eo scribuntur. Erat enim Q. Serui lius Cepio adolescēs nobilitate præstans, qui consul in Hispania Viriatum expulit, proconsul in Gallia pugna uit, ubi aurum ex templo Tolosano rapuit furto: deinde iterum consul contra Cymbros, octaginta millia Romanorum cæforum perdidit: quo nomine ei consulatus abrogatur, publicantur bona, detruditur in carcerem, & cadauer ad scalas Gemonias trahitur. hoc etiam attigit A. Gellius, cum loquitur de auro Tolosano, quod infortu nio multauit omnes raptores, uel qui hoc aurum attigerunt. Post mortem Cepionis, Saturninus ille auro Cepionis potitus est, ut Plinius scribit. quare & ipse infunio extremo affligitur, contra fidem datam trucidatus in curia à populo.

Aerarium non posse pati.)

Hoc decretum fuerat præiudicium supplicij capita lis, qui aduersarius hoc ficeret.

Quo

Quo serius feratur lex.)

Breuius exemplum est. Si accusatur Titius, quod pecuniam priuatam sustulerit ex templo. accusatur sacrilegij: ipse fatetur sustulisse pecuniam, & commisisse crimen furti, non sacrilegij. iam status est definitius, quid sit sacrilegium, quid furtum.

Ex translatione cōtrouersia nascitur.)

Hec constitutio adeò nō potest numerari inter legitimas, ut etiam uix nomen constitutionis recipiatur, teste Fab. lib. 3. cap. 8. quia nunquam agitur in iudicio translatio, nisi etiam praeuersentur alijs statutis. Quia hic non tractatur, an res, uel factum, uel dictum sit, non tractatur quid sit, nec etiam quale sit factum: sed quæ actio competit, uel an competit. at actio potest subesse, nisi praecedat res, uel factum. Sed de hac re amplius in 2. lib. tractabitur. Est autem translatio status (ut cū uulgo sentiamus) in qua controvèrtitur, causa sit suspicienda, an non, secundum Trapezuntium. Huius tralationis duo sunt modi. quædam est perfecta, constans et directa, per quam actio, iudex, accusator, perfecte & perpetuo excluduntur. Quod maxime in actione uerū est, ut cum in ingressu litis opponitur præscriptio, uel exceptio rei iudicatae. Finge hominē accusatum homicidij, & personentiam absolutum, hic postea deligitur decurio in Rep. obijcitur ei crimen homicidij, iam Titius tuetur se per se et al translatione, opponens rem iudicatam, & sententiam i. absolutoriæ.

absolutoriā. Iam accusationi præscribitur, perpetuo excluditur. Alia est tralatio accedens, obliqua, quæ ex circumstantijs operatur: & illam frequenter tractant rhetores. ut cum non simpliciter uel directe iudicia transferimus, uel actionem, sed propter peristasi, id est circumstantiam loci, modi, temporis. ut, occiderat maritus adulterum deprehensum in adulterio, quod licebat iure ueteri, et hodie uidetur esse receptum: ut in L. Gracchis. C. de adult. Ex interuallo uiderat uxorem flentem ad sepulchrū adulteri, quā ipsam quoq; occidit: accusatur homicidij. is cū se defendat lege, obijcitur ei locus indebitus: nō potes uitare accusationem, non potes transferre iudicia, quia nō loco debito eā occidisti. Et iste status oppugnat tralationē, sæpe adiuuat: ut iam in exemplis audietis.

Cum aut tempus, &c.

Ut dedi tibi inducias siue dilationes anni, & peto ante diem: iā tu transfers iudicia, quia ante tempus petij. Hæc dicitur tralatio obliqua: quia non negas debitum, sed ratione temporis tibi conuenit hæc defensio, &c.

Aut accusatorem mutandum.)

Quæ etiam est obliqua tralatio, quæ consistit ex peristasi. quia fatetur reus, se accusari posse: sed non per hunc Titium, qui sit infamis. Sic Cicero in 1.lib. Verrinorum, reiecit Q. Cecilium, qui erat quæstor in Sicilia, tanquam tergiuersatorē: qui nō uehementer, sed ex ludo, ex collusione

collusione erat accusaturus. Est aut certū genus persona
rū, qui accusare possint, de quo in l. 2. ff. de accusationib.

Aut iudices mutandos.)

In criminalibus prætor sortiebatur iudices certo nu-
mero. hos licebat reo mutare & rei scere, eratq; reiectio
ni locus, quod saepe Pedianus tractat. Et ista iudicium
mutatio facit tralationem obliquam. Quia licet iudices
aliqui mutantur, per hoc non cessat iudicium, cum alijs
substituantur.

Græci in iudicijs.)

Quia iudicium apud rhetores per antonomasiā in cri-
minalibus causis intelligitur. Hinc apud Iurecons. ori-
tur titulus de publicis iudicijs, id est criminalibus cau-
sis. Et in cōtrouersijs civilibus apud rhetores, raro inue-
nies nomen iudicij, sine adiecta qualitate: ut cū dicimus,
iudicium centūirale, ut apud Cicer. lib. 9. de Oratore.

Si quis peculatus accusatur.)

Quicquid tollitur per officiales, uel per alios priua-
tos ex pecunia publica, ex ærario, uel rationibus publi-
cis: item si quis æs immisceat auro uel argento, monetā
corruperit: deniq; qui perforauerit muros, ut pecuniam
abditam furetur: omnes illi crimine peculatus rei sunt,
l. i. cum sequentibus. & l. si quis perforauerit ff. ad le-
gem Iuliam peculatus. Inde peculati, & defpeculati dicun-
tur, qui huiusmodi furta committunt.

Deloco priuato dicatur abstulisse.)

Hoc olim dubium erat tempore Ciceronis, an peculatum cōmitteret, qui ex loco priuato pecuniam publicam furetur. Sed hoc hodie expeditum est iure nostro, quod dicitur peculatus, ex quocunq; loco pecunia publica tollatur.

Hæc partitio legitimæ constitutio-

nis.)

Avtor noster est in ea hæresi & opinione, quod solū ex obliqua, uel imperfecta, uel peristatica tralatione cōficiatur status tralatitius, id est ubi nō tota causa excluditur, sed ad tempus differtur: ut, Nō potes me cōuenire coram iudice laico, quia sum clericus. Tu nō potes agere, quia tua non interest, sed fratri tui: Non actione mutui, sed actione cōmodati teneor tibi: & ita de similibus. in quibus omnibus utimur tralatione peristatica, salua causa. hanc solam putat hic autor esse tralationem. Sed si contra te excipiam ex Prætorum editio, ut quia non seruasti formulā agendi, egisti ante tempus, dolo me induxisti ad contractum, metu adhibito promisi fundum tibi. Itē exceptiones mox à fronte excludunt actorem perpetuo: qui est primus modus tralationis, quem dixi à principio. Hunc modū dicit autor noster, raro uenire in iudicium: per quem actor à causa cadit. Sed hoc hodie est sublatū in C. de formulis sublatis.

Ex

Ex ratiocinatione controversia
constat.)

Hic status ratiocinationis multis legibus niti-
tur, cum per similia legum ratiocinando com-
probamus causam nostram. Et ubi cunq; in iure
nostro habetur argumentum à simili, illuc est constitu-
tio ratiocinativa. Conuenit autē cum prima specie legi-
timae constitutionis, cum scripto & sententia. quia am-
bæ ex scripta lege nituntur, illa directè, hæc accommoda-
to te per ratiocinationem. Fabius lib. 7.

Qui parentes necasse iudicatus erit.)

Vetus lex fuit: qui parentē, id est patrem inter-
fecisset, is damnatus insuebatur culeo, id est sac-
co ex corio, et proiecibatur in mare, uel in pro-
fluentē, inclusus in sacco, cū serpente, simi, cane et gallo
gallinaceo: quæ sunt pugnantiæ animalia. Et dicit Imper-
ator Insti. de pub. iudicijs, esse nouam poenā, id est hor-
ribilem. Hanc poenam postea ius ff extendit ad matrem
et enectam, ad auum, auiam, fratres, sorores, patruelles, con-
sobrinos, &c. Solon hanc legem non dicitur statuisse. &
interrogatus cur eam obmisisset, respondit: desperatum
esse scelus, quod in conuentum hominum uenturum non
crederetur. testis Laertius in uita Solonis, et Plutarchus
in eadem. De hac lege habemus titulū ad l. Pompeiam
de parricidis, & l. Si legatum. l. §. ff. de annuis legatis.

Malleolus iudicatus est.)

P. Malleolus hoc crimen commisit, post bellum Mat-
rij, dū centū millia Teuthonū Cimbrorū occidiisset Ma-
rius, & decē millia cepisset: testis L. Florus Epit. 68.

Hic certa lex in rem nullam.)

Verum est pro aduersarijs, qui uoluerunt ualere testamentum contra fratrem Malleoli. Iste nō ha-
bent certam legem, maxime cum oppugnaren-
tur à fratre Malleoli, similitudine accepta à prima lege, 10
scilicet de furioso. dicebat enim, fratrem suum censeri fu-
riosum, & sic non potuisse facere testamētū. nemo enim
sanus matrem occideret. Alij contendunt, eum sanum
fuisse: sed motū scelere, & nequitia. nihilominus testamē-
tum ualere: ex tertia lege hic allegata. hęc argumenta
sumpta sunt à simili: quia nulla illarū legum neutri par-
ti prodest directe, nisi sumpta similitudine: & hoc est,
quod uoluit hic dicere autor.

Iuridicialis constitutio.)

Constitutio hęc iuridicialis dicitur græce Αναο- 20
λεγικόν. quia totus sermo huius constitutionis est de iure,
de æquo, de bono: non an facta sit res aliqua, non quid
sit factum (nam de facto constat) sed an factum bonum
sit, an æquum, an contrā.

Cum & peccasse.)

Deprecatio est subsidium fragile, & miserū rei, cum
crimen

crimen confitetur, et petit sibi ignosci. Et si ueritati locus sit, non meretur dici status, uel pars alicuius constitutionis: cum iam desinat cōtrouersia. Deprecatio autem non habet locum coram iudicibus: quippe iurati et ad stricti religione iudices, gratiam delicti facere non possunt. habet autem locum coram imperatore, coram maiore magistratu, aut senatoribus, qui religione non ligantur. Vnus tamen locus est, ubi deprecari etiam apud iudices pro reo possumus: ut si allegauerimus illustria sua facta, quae præcesserint, propter quæ merito ei sit ignoscendum, ut Cicero fecit pro Milone.

Ex translatione criminis causa cōstat.)

TRANSLATIO CRIMINIS FACTŪ FATETUR: sed excusat se, quod coactus, uel occasione data per aliū peccauerit. Ita Cæsar apud Lucanum: Ille erit, ille innocens, qui me tibi fecerit hostem. Sic etiam Adam hoc statu se excusauit, Mulier me decepit: &c.

Ex remotione criminis.)

20 Remotio criminis ex ipsa factū fatetur, sed in aliā uel rem, uel personam factū reijcit. Sic Aaron se excusauit coram Mose, super uitulo conflatili.

In hominem transferimus.)

Hic est insigne argumentum, non esse nudis iussis parendum magistratibus, si iussa in delictum tendant: ut si ratio iusta afferatur. quod fecerunt Apostoli, cum dice-

rent, plus esse obediendum Deo, quam hominibus. L.3.
§. quoties ff. de ui & ui armat.

Ex comparatione causa constat.)

tsc **C**omparatio criminis, sicut hoc loco accipitur, defendit crimen electione: quod melius fuerit facere, id quod non concessum erat, quam parere mandatis. Sic Epaminondas Thebanus, cum magistratum imperiorum sibi contra leges prorogasset, interea temporis uicit hostes, & parauit Thebanis regnum. Inuentus tamen fuit osor, qui eum accusaret, quasi contra leges magistratum tenuisset. Hic se defendit comparatione: nempe melius fuisse, agere contra leges, & parare uictoriā, quam obediendo legi seruire. Sic Scipio Nasica se defendit, cum contra leges Gracchum interficerat. Ea comparatione usus est Caiphas, cum diceret, expedire quod unus homo moriatur pro populo, &c.

C A P . VI.

Constitutione igitur reperta, statim querenda ratio est, &c.

20



I X I M V S de constitutionibus, et eorum partibus: nunc de confirmatione dicendū restat. Sed necesse est tamen prius aperire scopū & finem, in quē intendant litigantes. nempe iudicatio inuenienda

inuenienda est, quod Cicero hoc nouissimo capite breui-
ter, et uelut significando attingit. Nos partim ex rhetori-
bus, partim ex cognitione Iuris ciuilis, rem ea difficile
latius declarabimus. In omni cōtrouersia iuridicali hoc
intenditur, ut res quae controvrsa est, sentētia dirima-
tur. At per sententiā lis dirimi non potest, nisi scierit iu-
dex quae sit res, cuiatis sit, de qua iudicandū est. Hæc iu-
dicatio dicitur à Græcis *νομίμων* Cicero in Topicis no-
minat, qua de re agitur. Verū quia aliquando iudicatio di-
10 ficiillime inuenitur, partibus aliam & aliam iudicationē
& præcedentibus: unde quo ordine ad eam perueniatur,
præten-
sequentia docebūt. Nascitur igitur iudicatio aliter in cō-
iecturali constitutione, aliter in alijs. In coniecturali, sta-
tim ex ipsa depulsione nascitur iudicatio: ut, Vlysses oc-
cidisti Aiacē, Nō occidi: iudicatio, An occiderit in Iuri-
dicali uero, & alijs statibus, nō statim ex responsione
rei, sed ex cōiunctione rationis cū firmamento iudicatio
oritur. Est autem ratio quae continet, id est complectitur
& instruit defensionem rei, sine qua ratione controvser-
sia c̄sset Aſystata. Porro ad hanc rationē si accusator ta-
ceat, iam iterum cecidit controvrsa. Quapropter accu-
satori contrā nitendum est, cuius assertio dicetur firma-
mentum. Ut, abs te filio non debebat occidi, maxime in-
demnata. Iam ex coniunctione rationis & firmamenti,
relucet iudicij quæſtio, id est iudicatio: iuste ne Orestes
occiderit. Et hæc coniunctio rationis & firmamenti, no-
minatur

minatur à Fabio continens, & etiam ab autore nostro:
 quia continet, fulcit, instruit, roborat, munit, statuit con-
 trouersiam. Nos in practicis consistoriorum nomina-
 mus litis contestationem: sed multo aliter, id est barbarè
 ac imperitè usurpamus. Ex hac iudicatione īā iudex ha-
 bet ad quod collimet, quem in scopū dirigat arcū, quem
 finem, quem cardinem in tota lite intendat. Hæc iudica-
 tionis aperiendæ via in omnistatu locum habet, siue sit
**+ siue assum
ptus**
 legitimus, translatius, tuel absolutus: excepta cōiectu-
 rali cōstitutione, de qua suprà diximus. Quod potest pa-
 tere exemplo, ut Epaminonda minuisti populi Theba-
 ni maiestatē, prorogando magistratum contra leges. ra-
 tio. Iustè feci: nā per hoc uictoram & regnū Lacedæmo-
 nijs peperi, & sic menti legis satis feci. Imò non erat ea
 mens: sed fuit adhærendum scripturæ, que mentem pro-
 bat. firmamentum accusatoris. Hic oritur iudicatio in
 constitutione legitima: conueniat ne legem scriptam se-
 qui, an mentem legis. Et sic in omnibus statibus, ubi reus
 se se defendit, iudicatio facile elucebit: nisi reus simplici-
 ter confiteatur, que est deprecatione. hic nullā habebis du-
 bitationem, de qua dubitetur. Quia in confessum nullæ
 sunt partes iudicantis, nisi ut condemnent: ut dicit elegan-
 ter Vlpian. in l. Proinde. in fine. ff. Ad legem Aquiliam.
 Et hæc sic se habent, si una sit constitutio simplex: sin-
 uero plures concurrant, hoc opus, hic labor est: de qui-
 bus iam dicemus, cum prius textum legerimus.

Fecisse

Fecisse enim negatur.)

LECHO iā textu, satis uidimus quām breuiter se absoluat autor, in cōcursu plurium constitutionum: & uelut pedem suspēdit, ne hæreat ut pribus. cum tamen sit res cognitu nec ssaria, sed planè inuoluta. Sed est quo excusat: quippe nullum adhuc uidimus ex rhetoribus, qui hos nodos ex iusto sit assequutus. Fabius certe & Trapezuntius aliqua, sed imperfēcte tractauerūt.

Nos sub partitione loquentes, credimus hac in re referre, an constitutiones principaliter coēant, an ex incidenti. Et tunc, an ad causam principalem referantur, an eam suspendant, an tollant: quæ per conclusiones sequentes elucidabimus.

Prima conclusio. Plures constitutiones principales concurrere possunt, & erūt tot quæstiones, quot status: ut hic bene dixit autor. una tamen sententia terminabuntur: ut si aliqui ex contrarijs legibus nitantur. nam illic etiam constitutio ex scripto & sententia sēpenumero concurrit, quæ sunt duæ legitimæ cōstitutiones: quia difficile fit, ut contrarie leges cōcordētur, nisi altera ex mente potius quām ex scripto audiatur. Hic occurrit quæstio, an leges sint contrarie: deinde quæritur, utra præualeat, ex qua ultima quæstio iudicatur. Itē aliud exemplū ciuile. Deposui decē nomine Flacci apud Titiū, data facultate, ut pecunia Titius utatur. Flaccus ea decē à Titio petit, tanq̄ depositiū. rcus cōtēdit cū iniuste petere, quippe quod cū eo nihil cōtraxerit. ista est

Prima conclusio.

est ratio defensoris. & hic oritur constitutio iuridicialis
absoluta. Deinde subiungit reus: Et si maxime petere
posses, tamen haec actio tibi non competenteret, quia depo-
sito non utimur. est ratio defensoris. Ecce hic oritur sta-
tus translatius, translatione imperfecta. Flaccus è con-
trario, iuste se petere, quia nomine suo contractū sit: est
firmamentū actoris. Et iustum actionem instituisse: nam
lege cōcedi, ut deposita pecunia aliquis utatur. L in spō-
salibus. ff. depositi. Ecce quomodo hic eleganter concur-
runt duo statutus, absolutus & translatius imperfectus: 10
& duæ iudicij quæstiones, iuste' ne petat Flaccus, & an
hac actione iuste' petat. Hæc in L. Certi cōdictio. §. Si nū
mos. ff. Si certū peta. et in dicta L. in sponsalibus. Sume
aliud exemplū. Scipio Nasica occidisti Gracchum. iu-
ste occidi, quia turbator Reip. itē quia senatus iusſit. Non
erat turbator, qui populi causam geſſit: nec potuit sena-
tus iubere: &c. Hic duæ sunt constitutiones, definitiva
ex legitimo statu, quid sit turbare Remp. & remotio
criminis, ex assumptuo statu. Supradicta conclusio nō
procedit, quoties hi status concurrūt, qui sibi inuicem ob-
stant, qui inter se collidunt. Ut accusatus furti Pedius,
negat se furtū fecisse, ecce conjecturalis. Deinde dicit:
Si constiterit se furtum fecisse: accusatorem tamen non
posse accusare, cū fuerit socius criminis. quæ est transla-
tio imperfecta. Sed hi status concurrere non possunt, cū
alter euertat alterum. Quomodo enim rejicit accusatio
rem,

rem, quem à principio acceptauit, negando facinus? uel
 quomodo dicet accusatorem fuisse sociū criminis, quod
 tamen reus negauerat? Et id genus defensionis rhetores
 aliqui reiecerunt, quos Fabius in partem sequitur, lib. 4.
 cap. 5. de Partitione, paulo post principium. Nam reo
 utraq; utenti, in neutro fides habetur. Cæterū hunc con-
 flictum statuum seu defensionū, Fabius aliqua specie re-
 cipiendū putat. ut si accusatus homicidij, respondeat: Si
 occidi, recte feci: sed non occidi. quo genere iterum duo
 concurrunt status pugnantes, absolutus iuridicialis &
 conjecturalis. Vnde consulit Fabius, alterā ex defensio-
 ne sequendam esse. Sed quia in huiusmodi dissidentia nō
 est inter necinū bellum, aut implacabilis pugna, quin ali
 quo intellectu tolerari possit: cum altera pars sit condi-
 tionalis, scilicet Si occidi. Vnde putat Fabius, consultū ad
 utraq; probanda niti: ut si iudex in alterutrā partē de-
 clinet, habeat quod sequatur. Ex prædictis uides tu Iuri
 sta, quomodo ius ciuile in L. Siquidem. C. de exceptio. Et
 R. Nullus pluribus. de regulis iuris. in 6. ex istis rhetori-
 cis doctrinis fundantur. Res ultiro difficilis, & de qua
 nunq; satis dici potest: ut, Nihil teneor tibi, & si constite-
 rit, dico me soluisse: Nō est tuus iste fundus, & si cōstet,
 præscripsi. Hoc genere responsionum capitulo aduocato-
 rum utitur frequentissime, quam docuit Imperator in di-
 eta L. Siquidem. Secunda conclusio. Status qui in con- Secunda cō-
 trouersia t̄ principali incident, licet faciant plures quæ- clusio.
 stiones, t̄ ciuili.

stiones, tamē una est iudicatio causæ principalis. Hoc est quod Fab. lib. 3. cap. 13. dicit: quod in causa Milonis ipsa cōiectura ad qualitatē referatur. Et est possibile, quod ex pluribus rationibus defensionis, uel firmamentis accusatoris cōstitutiōes multiplicetur: ut in dicta oratione Milonis, ubi Cicero dicebat, Clodiū à Milone iuste occisum. quæ est absoluta iuridicialis, tū quia Clodius fecerit insidias Miloni, tū quod fuerit homo sceleratus, tū quod eo uiuēte Resp. nuniq; fuisset habitura quietē. Accusator negabat insidias esse: cōiecturalis. negabat etiā sceleratum hominē occidi oportere: est absoluta iuridicialis. allegabat senatus decretū, quod Cicero pro se torfit. ecce legitima cōstitutio. ex scripto allegabat etiā Pōpeiū iussisse inquiri de cæde, quod Cic. etiā ad se trahit: ecce status ambi-
 Tertia con-
 clusio. uide quot status hic incidēter incurrāt, de quibus o-
 mnib. queritur. Sed una remanet iudicatio, an Clod. sit iu-
 ste occisus. Tertia cōclusio. Si ad statū principale causæ
 incidat aliis status, q; causam suspēdat, tū iudicatio ex sta-
 tu incidenti sumitur, et nō ex statu causæ principalis. Et
 posset dici, iā statū mutari ex ui suspensiua: ut, peto à te
 fundū ex testamēto, tu dicas testamentū iure non ualere,
 uel aliter interpretaris. est constitutio legitima ex ratio-
 cinatione. Et subiungis, mihi nō cōpetere actionē, sed fra-
 tri meo, qui sit scriptus in testamēto. hic est status trans-
 latitius imperfectus. Iā iudex omnē scopū iudicatiōis in
 hoc intēdit, An ego possum agere, an frater meus, dimisso
 status causæ principalis. hoc est qd Fab. dicit dicto C. 13.

Cum causa est missa in aliud, id est status mutatus, iam recedi à quæstione constituta. Quarta conclusio, quæ Quartacō-
par est huic tertiae. Status qui in causam principale inci-
dit, sit eū tollit & infirmat, multo fortius q̄ in casu supe
+ iam
riore attēditur hoc incidēs, relicto statu causæ principa-
lis. ut iniuriarū actione cōuentus, siue impetus, si respō-
deat, nō fecisse ullas iniurias: ecce cōiectura, pēdēte līte.
Reus opponit exceptionē perēptoriā, quod annus tran-
sferit. hic est status translatitius, perfectus & incidens:
10 quo cōperito, iam perīt causa principalis. Item accusatus
quod interficerit adulterū, respōdet, se iuste fecisse, quod
uitiauerit uxorē suā. At nō debebas in foro ex interuallo
occidisse, sed in flagrāti crīmīne. est status translatitius,
qui facit reū teneri crīmīne. Ex prædictis multæ possunt
cōtrouersiæ distingui, dijudicari, et iudicationes inueni-
ri. Porrò ex prædictis facile colliges ex te ipso, an eo lo-
cī sit iudicatio, ubi quæstio. ingēs cōflictus rhetorū: ali-
quibus putantibus quæstionē alibi esse, alibi iudicationē.
Sed in cōiecturali statu secundū oēs quæstio & iudicatio
20 sunt eodē loco. quod ego extēdo ad oēs alios status: licet
Fabius aliter in iuridicali, excepto quod cōplures sunt
quæstiones incidētes, & una iudicatio: ut in casu secūdē
cōclusiōis. Velsi primus status mutetur, ex statu incidē-
ti: ut in casu tertiae et quartæ cōclusionis. tunc saluantur
rhetores, qui dicūt, alibi esse quæstionē, alibi iudicatio-
nem: licet & hoc dictum negari possit, sed transco iam.

Epilogus

PRIMI LIBRI FINIS.

IN LIBRVM SECVN
DVM RHETORICAE AD HE-
rennium, Vdal. Zasij Iure-
conf. Commentaria.



IC liber tractat tria principalia. Pri-
mo, quomodo inueniantur constitutio-
nes: deinde docentur argumentationis
genera, & tandem quae sint uitia argu-
mentationis. Cæterū præfatione quasi 10
colligendo ea, quae primo libro tradita sunt, in summa
hoc intendit docuisse, circa quas causas orator uersetur,
nempe tria genera causarum: et item de artis officio,
quod in suadendo uersatur: et quomodo id consequam-
ur, nempe arte, imitatione, & exercitio. Porro &
difficiliora, scilicet iudiciale, prius tractare uoluisse. ut sic
ad facilia commodius perueniretur. quo fieri, ut cum mo-
dicam partem, scilicet demonstratiui & deliberatiui,
quae in tertium librum seruat, absoluerit, inuentionem
iam esse absolutam. Præterea de partibus orationis, ex- 20
ordio, narratione, diuisione, non pluribus uerbis quam
oportuerit scripsisse: ut adeò de confirmatione & confu-
tatione dicendum fuerit. qua propter genera constitutio-
num, & tandem iudicationem attigisse: nunc uero, qua
ratione ad constitutiones inueniendas instruamur, tra-
diturus sit, & quae sequuntur.

In cause

In causa conjecturali.)

Nunc ad statū conjecturalem uenientibus, præmittenda est locoū cognitio. Est autem locus, Locus uel propositionis uel argumenti sedes. quo uer quid. bo per metaphorā utimur, ut testatur Cic. in Topicis. Sicut enim res abdita ostēso loco inuenitur: ita quæ pro positiones, Rhetoricaq; argumenta in propositionibus latent, per locos cognoscuntur. Trahūtur autem loci ab attributis rebus, negotijs, personis. ut eleganter docuit Loci unde.
 50 Raphael Regius super Fabio, s. lib. et sic qualitas, habi tudo, uis, cōditio, quæ in rebus, personis, negotijs inest, per locos eruitur. Sunt autē loci duplices, communes et Locorum. proprij. Locos communes trifariam diuidimus. Aliqui diuisio sunt principales, uel κεφαλικοι. nam κεφάλαια apud Græcos capitalia dicuntur. et hi sunt propositionum sedes, quia ex illis locis conueniens ad causam propositā trahitur propositio. In talibus locis, tanquā in sedibus quic scunt propositiones cōtrouersæ. ut exempli gratia: Tu uoluiſti Aiace occidere Vlyſſes. huius propositionis ue ritas conjectata, fundatur per locum à uoluntate, et per
 20 omnia attributa uolūtati, ut statim audietis. Et dicuntur ideo Communes, quia et accusatori et defensori conue niūt, cuiusq; personæ ratione habita. Alij sunt loci secun darij, quos nominat Trapezūtius approbatuos: et illi dicuntur argumentorum sedes, quos nominat Topicos: quia ex illis propositionibus quas in controuersia inue k nimus,

nimus, trahuntur argumēta, quos locos tractant Dialec-
tici: et nos tantisper, ut ex argumentis colligamus ar-
gumentationē. illi etiam dicūtur Cōmunes, quod ne-
mo ignorat: quia sunt Thetici, id est, generales, ad nullū
negotium adstricti. Tertio nominamus locos commu-
nes, quadam usurpatione, ut cum per cōmunia amplifi-
camus. Accusator crimina attollit, accedit animū iude-
cis: defensor crimen attenuat, mouet affectus, miseratio-
nem. De ista amplificatione statim dicemus in sequenti-
bus. Et hos locos communes habet genus demonstrati-
ū. Alij sunt loci proprij, qui ex ipsis in individuo nego-
tijs periuūtur, quo nomine accusator suos proprios locos
habet, non conuenientes defensori: et ita defensor pro-
prios, quos etiam suo loco uidebimus. Nunc ad mate-
riam aggressi, locos principales nouē ex Trapezuntio
collegimus, secuti eū ubi ueritatē dicit: qui sunt, testium
petitio, uoluntas, potestas, absolutio, cōprehensio, repul-
sio, trāpositio, inuersio, qualitas cōmunitatis. Ex his nouē
locis cōiecturalis status i cōtrouersijs ex parte uel accu-
satoris uel defensoris instruitur. Nec ignoro auctore no-
strū hic alia uia procedere: sed Trapezūtius est clarior,
et deniq; doctrinas auctoris nostri ad istos nouem locos
reducemus. Antequā ad hos nouem locos ueniamus, ne-
cessario præmittendum est, sēpe usu uenire ut defensor
impeditus ab accusatore, nō utatur depulsione, sed pro-
minus recusat iudicium: et hoc à quatuor circumstantijs,

aut

† scruantur

† impeditus

aut à rei incertitudine, aut à uetita accumulatione personarum, aut à facti siue temporis impertinentia. A rei incertitudine recusatur iudicium, cum accusatur aliquis super facinore, quod adhuc incertum est esse patratū, ut filius prodigus cum haberet patrem, qui nusquam apparuit, accusatur † homicidij. Iam reus recusat iudicium, quod factum sit incertum. Haud absimile est exemplum, cum Cain à Deo interrogaretur ubi esset frater suus: mox recusavit iudicium, Nū sum custos fratris mei? Et per hanc speciem recusationis difficilis decisio Africani iure consulti in l. ff. de exceptionib. fundi, fundari potest. Nā cōuenera te super fundo, quem possederas, & quē dixi meū esse. pēdente hoc iudicio, ego tē cōuenio, ut fundū utrisq; cōmunem mecum diuidas. Hic recusat reus iudicium, quod nondum compertum sit dominiū fundi cuius sit. Aliacir cunstantia est à uetita accumulatione personarū, ut cum plures personae conueniunt in iudicio continenter, id est coniunctae, quorū quilibet uult separatiū † respondere. † causam de ut tres uel quatuor accusantur proditionis una accusatio fēdere ne, quod cum conflagrasset domus in ciuitate, ipsi domi remanserint, contra statuta. Iam recusat quilibet iudicium, nisi pro se quisq; accusetur. Ex hac circumstantia fundatur pulchra iuris civilis decisio. Finge apud Titium depositū suisse calicē argenteū, is plurib. relictis hæredibus moritur, calix argenteus apud unū est ex cohæredibus: nihilominus omnes hæredes impetuntur iudicio. hi
 k 2 recusant

recusant statim iudiciū, licet ipso iure teneantur, quod
unus ex cohæredibus calicem habeat, in l. Tertia. S. Hæ
res. ff. Cōmodati. Super tertia circumstantia de facti im
pertinentia, cum in odiū alicuius hostis aliqua amicè fa
cit, ut inducat in suspicionē eum cui insidiari uoluit. Ut
Hanibal cū agros Romanos uastaret, pepercit agris Fa
bij Maximi, sui infensissimi hostis. Finge Fabiū accusa
ri proditionis, uel cōiuratiois: is recusat subire iudiciū.
quid enim ad eum, quid Hanibal fecerit? esse factum ex
traneū, impertinens, per quod in odium trahi nec pos
sit, nec debeat. Super quarto, de tēporis impertinentia
est pars circumstantiae. Administrator Reip. cum diu in
discussa ratiōe in officio uersaretur, nec unquā ad facien
dam rationē urgeretur, is moritur, hæredes super ratio
ne facienda cōueniūtur: hi statim recusant subire iudiciū,
quod hoc tempus sit impertinens: cur non eo tempore
rationē exegerint, quo ipse uixerat? Ex ista recusatio
ne fundatur quinquenīū, quod uxor adultera post quin
quānum nō possit accusari: et titulus, Ne ex statu defun
cto post quinquennium queratur. Has quatuor circum
stantias à recusatione consultum est nō obmittere. quin 20
securius est, principijs obstat: et ut Imperator noster
dicit, Iura nostra intacta seruare melius esse, quam post
causam uulneratam remedia querere. L. fin. C. in qui
bus in integrū restitutio non est necessaria. Sic et Græ
ci apud Vergiliū, Troianos armatos uident stantes in li
mine

mine primo. Hic locus à recusatione, in effectu non uide
tur differre à statu translatitio perfecto, de quo suprà ui-
dimus, et in sequentib. uidebimus: nisi quod statutus trans-
latitius generalis est, & perpetuis præceptis septus. Sed
locus recusationis quasi è re nata nascitur, id est, ex ipso
negotio individuo erumpit. Hunc locū recusationis Tra-
pezuntius putat esse cephalicū, id est, principalem, in sta-
tu conjecturali: quæ est magna hominis imprudentia,
quippe qui pugnantia docuit. Si enim status conjecturæ
oritur ex intensione & depulsione, quomodo recusatio
erit locus cōjecturæ, qua impeditur depulsio? Verius er-
go Trapezuntius in alijs nouem locis sensit, quos suprà
numerauimus, scilicet Testium petitio, uoluntas, potes-
tas, etc. De testium petitione in fine dicemus, quando is
locus late patet, & diffunditur. Alios ergo locos tracta-
bimus ex ordine. dum hoc monuerimus, autorē nostrū
sic alijs uti locis, nempe sex: probabili, argumento, colla-
tione, signo, consequitione, approbatione: quos sex
locos reducemos ad nostros nouem, quia probabile &
collationem uoluntati includimus, signum ad potestar-
tem reducimus, argumentum & consequitionem ad
compræhensionis locum. Approbatio suo ordine tracta-
bitur. Ergo de uoluntate secundo loco cephalico dicen-
dum, per quem proponimus, uoluisse reū facimus patra-
re: et eius propositionis fidem facimus per sequentia. Is
locus à uoluntate uersatur circa duo, circa uitam & cau-

sam: non cōtrouertēdo, an causa præcedat uel uita: quod
 controuertitur apud Fabiū lib. 7. Vita naturā conside-
 rat, id est, cōditionē hominis, qua natione sit, qua fami-
 lia, quo sexu, uir an mulier: qua ætate, iuuenis an senex:
 que cōmoditas corporis, ut si sit robustus, fragilis, astu-
 tus, hebes. item uictum consideramus, quomodo sit edu-
 catus, quibus uitijs assuecerit, quomodo uixerit, apud
 quos, quos præceptores habuerit, qui socij sint, qui ami-
 ci, quo quæstu, qualis paterfamilias. Porrò consideratur
 & fortuna: liber' ne sit an seruus, priuatus an cū potesta
 te, qua moderatione potestatem uel magistratū gesserit,
 quibus medijs peruerterit ad fastigia, diues' ne sit an pau-
 per, clarus an infamis, & si qua sunt similia. Item & ha-
 bitus corporis aduertitur, uelox sit an tardus, uigore ua-
 leat an ualeat i genio: an deses sit, an sit in eo acrimonia,
 et si quæ alia, quæ habitu, id est exercitio querūtur. Item
 et affectio animi cōsideratur, sit' ne lætus, audax, meticus
 losus, cupiditatis mancipiū, an pallor inuidiā arguat. Po-
 stremo consideramus facta, casus, rationes in homine,
 quid antehac fecerit, que ei acciderint, que fuerint eius
 rationes, id est cōsiderationes. Et ista considerantur ex
 tribus tēporibus, præterito, præsenti & futuro: quid fe-
 cerit, uel faciat, uel facturus sit: & ita de alijs. Quod po-
 test fundari in iure ciuili, in l. uniuersorum. ff. de pigno-
 ribus. Habet et uolutat is locus causam, que ad suscipien-
 dū facimus induxit. Hæc circa duo uersatur, impulsio-

nem et rationem. Impulsio, qua præter rationē animus promouetur ad scelera: ut si sit temerarius animi, si impetus eū impellat ad aliquid faciendū sine cogitatione. Vnde hic locus consistit in nimia cupiditate, iracundia, violentia, in nimio timore, formidine, in nimio amore, et quicquid rem consilio et cogitatione uidere nō sinit. Vnde dicit eleganter Fabius lib. 7. cap. 4. scelera non admittere consilium. Nec tumultueris, si causa quæ impellit, aliqua mutuatur ex uita: quia uitiū uitæ causam malefacti ciendi promonet, ut pulchre hic Trapezūtius. Ratio est, quæ ex proposito hominem commodorū spe, aut uitiatione incommodi ad facinus incitat. quod nō tacuit Cicero contra Clodium in oratione Milonis, dum magno commodo fuisse Clodio inquit, si interfecisset Milonē: quod à Milone, tanquam bono uiro, perniciosa Clodij consilia frangeretur. Eo nomine et Catilina Ciceroni insidias locare perrexit. Item ratione incitatur, si cui sit odium, inuidia, liuor, aut forte in gratiā alterius inducatur ad facinus q̄ spīā. Sed et hoc loco, ea quæ super uita diximus, misceri possunt. Iurecō ūltus uidetur mibi ad hāc diuise onē respexisse in l. respiciēdū. §. penul. ff. de Poenis. Vnde dicit, delinq̄ solere proposito aut impetu. Et hāc sunt arma accusatoris. Sed ē diuerso defensor oīa hāc diluet, si potest: uel attenuabit certe. Nō oportere huiusmodi coniecluris credi, posse cōmoda et sine maleficio queri, posse inter malos inueniri bonos, unde nō probat hoc esse q̄.

cōtingit ab eo abesse. Circa prædicta noueris, satius es-
se, ut Fab.li.7. cap.4. paulò ad finē elegāter dicit, omni
anteacte uitæ abstinere cōuitio, quām leuib. aut friuolis,
aut manifestè falsis reū incessere . Fidē enim cæteris de-
trahi: et satius esse ut nihil obijciat, q̄ nihil habet . Potest
tamē is cautela uti, ut dicat ex proposito se uitia et scele-
Tertius lo-
cus. ex attributis personæ consumitur , maxime his attribu-
tis quantum accommodari possunt, quæ suprà de causa di-
ximus. Item ex in potestate cōsideratur locus, an fuerit 20
opportunus ad factū, an fuerit solitarius, an locus fuerit
propinquus reo: item an fuerit propinquus etiam alijs,
uel in recessum sciūctus. Item natura, id est, conditio lo-
ci consideranda est, si fuerit publicus, si priuatus . Item
considerandū tempus, quantum habuerit spacij, an præ-
cognouisse hoc facimus potuerit. quæ etiā fuerit tempo-
ris occasio : an quo tēpore plebs in comitijs, in ecclesia,
in ludis, in spectaculis cōgregata fuerit: an tēpore mes-
sis, uindemiae, occupatis hominibus: an noctis tempore,
somno pressis mortalibus. Trahitur et is locus ab oppor-
tunitate solitudinis: item à conscijs qui fuerint pertinaci 10
silentio: item ex à comparatione, quam Cicero hic Col-
lationem nominat. ut si conferantur, comparentur ue ex
parte rei, diuitiæ, clientelæ, serui, uires, ex consiliū: è di-
uerso ex parte occisi, inopia, fragilitas, solitudo, nudi-
tas assistentium, ex si quæ sunt similia. Item ex si com-
mo-

modius alio tēpore facinus patrandum fuerat, opportunitatem tum expectare non potuisse eum, tantam fuisse temeritatē in homine. Hic reus obiectas coniecturas attenuabit, amolietur, deprecabitur quantum potest: non fuisse ita + supinum, ut si ei propositum erat nocendi, opportunitatem non expectaret. Item neminē unquam ab accusatoribus tutum futurū, si diuitiae contra paupertatem argumenta sint præbituræ, uel fortitudo cōtra fragilitatē, et ita de alijs. Nec esse ferendum accusatorem, qui in tanto facinore tā leuib. utatur coniecturis. Quod tamen defensor moderatè faciat, ut hic eleganter consulit Trapezuntius: ne quis defendere pergit, ultra accusatus, & alium incessurus prorumpat, nisi forte a deo magnam uim comparationis, quoad attributa super tacta, nactus sit, ut magis accusandus sit accusator quam defensor.

Vt ad eam causam.)

Q V I A inutile esset, & ridiculum, & noceret accusatori, si cum arguit reum homicidam, pro arguento assumeret mollitiem suam: uel si accusaretur adulterij, opponeretur ei bellicositas.

Reperiat dispar.)

Sed per comparationem, anteacta uita sua fuit turpis in omni uiclu, in omni sua conuersatione: quanto fortius & in hoc facinore deprænditur reus.

Vtatur extrema defensione.)

Que est translatio transpositionis, de qua mox dicemus. Et est pulchra diæresis, id est diuisio: scilicet hic non esse uenit landam causam morum & integratatis uitæ, sed crimen hic discuti.

Compræhensio.)

Compræhensio quartus principalis locus, per signa circumstantijs implicita colligitur. Ideo quia res cōtrouersa certioribus coniecluris, et quasi firma suspicione cōpræhenditur. Is locus cōpræhensio nominatur Sulpitius Victor et ceteri rhetores hunc locū nominant. A summo ad imum, quod ex omnib. circumstantijs cōficiatur. Sunt autē circumstantiae sex, uel septem: quis, quid, ubi, quibus auxilijs, quando, et quare. Primi circumstantiā, quis sit reus, explicuimus in duob. prioribus locis, uoluntate et potestate: quibus persona rei colligitur. Alia circumstantia Quid, præcipua est hic, quid sit sibi, quid indicij, quid argumenti, ut facinus colligatur. Hec circumstantia ex tribus consumitur, ex antecedentijs, ex coniunctis et consequentibus. Antecedentes coniecturæ ex eo sumuntur, quod inuestigatur, an' ne similitas aliqua præcesserit: an Clodius sit comminatus Milo & peremptu ni, ipsum triduo futuro & peritum: an sodales sibi alium quos reus cōciliarit, ut secissæ scribitur Catilina apud Sallustium

lustū: an infensis trucibusq; oculis, caperata fronte, lēsum uel occisū reus solitus sit aspicere. Similiter in criminē adulterij, an solitus sit inambulare per loca suspecta, an spectatus sit tentarit ue famulas: quam ius nostrū pro ualida cōiectura sumit, in l. Itē apud Labeonē ff. de iniurijs. an uestiū nitore, an cultu, an sumptu supra consuetudinē se apparauerit. In cōiunctis, An cū clamore occisus sit reus, an reus uisus sit occiso astitisse, ut de Ulysse ferūt: an uisus sit sepelire cadauer in solitudine. Ad hūc locū in cōiunctis accōmodatur alia circūstātia, ex sentē tia Trapezūtij. id est, à reb. relictis, per quā circūstātia potest etiā cognoscet colligi, quis fuerit reus. Ut si uestes eius qui accusatur, si mitra, si calcei circa occisum inuenta sunt, si reus telum cruentū in uaginam reconderit. Sic apud Pogūi in facetijs: Ex religiosis quispiam, qui cum coniugata congressus fuerat, bracam in lecto reliquit. at alij fratres ut suspicionem tollerent, sublata cruce, et facta processione, bracam retulerunt, ac si fuisse braca D. Francisci. Sic Beniamin in Genesi, capite 20 44. furti accusatus est à Ioseph fratre, quod uas argenteum in saccum eius ignorantis reconderat: at Iosepho fratri occulte imposuit. Sic superioribus annis relatū est: cum duo comites in cauponam diuertissent, quorum alter erat pecuniosus, dormientibus uiatoribus, caupo gladio alterius socij alterum pecuniosum interficerat dormientē, ablata pecunia. Et cum reposuisset gladium

in uaginam alterius socij dormientis. is cū gladio cruentus uisus, cædis accusatus est. sed tamen fuit cōperta ueritas. In consequentibus, id est, in signis, quæ consequuntur factum: an reus accusatus postea palluerit, trepidauerit, titubauerit: an fugerit, quæ est ualida coniectura in Iure ciuili, quia fuga facit suspectum. l. Quod autem in fine. ff. de liberali causa. itē an sese absconderit, ne in publicū procederet: an latitauerit, quæ est firma cōiectura in Iure ciuili. l. Fulcinius. ff. ex quibus causis. Vel è regione, si in reo nihil trepidationis fuit, tūc trahitur locus à cōfidentia rei, adeò eū præmeditatū in scelere fuisse, ut cū periculum quod immineret nouisset, sumpta audacia nihil timuerit, sed amissa frōte, exhausto pudore ad omnē sese euentū obfirmarit, ut qui usu delinquendi iam callum fecerit. Alias coniecturas in autore uidebimus. Advertendum tamen est, in præmissis signa, argumenta, in dictio duplicitis esse generis, teste Fabio lib. 5. cap. 9. quædam sunt necessaria, quibus apparentibus iam cessat controvèrsia, tanquā coniuncto crimine: ut si puella p̄ceperit, 20 signum necessarium est, quod cum uiro coiuenerit, & cor rupta sit: Ventorū flatus necessario mare tumidū arguit: Mori certū est cui sit cor uulneratum: Messem nō esse futurā probari potest, si in agro nō sit cōsitus. Alia sunt signa probabilia, nō necessaria: de quib. hic sumus locuti.

Absolutio.)

Absolutio, quintus locus defensoris uelut proprius
est,

est, cū de signis & iudicijs conueniat: dicat tamen, si conieclu-
bi hoc licuisse. ut cū obijcitur ei, quod cadauer occisi se ris.
pelierit: se pelisse se fateatur, & licite. Per hunc locū po-
terat Samaritanus se defendere in Euāgelio, cum homi-
nem mortiferē uulneratum portauerat ad diuersorium.
Et dicitur hic locus Absolutio, quia habet similitudi-
nem cum absolutione in statu Iuridicali. Sicuti enim
ibi in principali controuersia reus se dicit iustè fecisse,
ita hic in locis confirmatorijs iudicium fatetur reus, et
se iustè fecisse, prætendens sibi licuisse. Et hic locus est
propriè accusatoris.

Repulsio.)

Repulsio est locus cōmunis in omni propē con-
stitutione, cū id quod nobis obijcitur, negamus.
Et est semper absolutioni contrarius. ut. Licuit
mihi sepelire, imo nō licuit tibi sepelire: est repulsio ac-
cusatoris. Rectè, sicut intensio & depulsio constituant
principale controuersiam in statu cōiecturali, ita inter-
currēter, et accessoriè quoad locorū genera eis operan-
tur absolutio et repulsio. Huius repulsionis duo sunt ge-
nera. Per insinuationē et per absistentiam. Insinuatio
simpliciter negat id quod absolverat defensor: ut, licuit
mihi sepelire cadauer: Nō licuit. ista est repulsio per in-
ficiationē. Per obſistentiā repellimus, cū non negamus
simpliciter, niſi subiecta aliqua ratiōe: ut licuit mihi se-
pelire cadauer: nō licuit, maximē hoc loco solitudinis,
etiamſi

etiam si alioq; licuisset. Tu nouas in rep. quod nō debebas,
maxime hoc tēpore turbido et inqeto. Et hæc obsistētia
nobis s̄epius occurret in generib. argumentationū. Et di-
citur ab obsistēdo, quia obsistimus assertione aduersarij
+ repulsio- cū ratione. Hic locus + à repulsiōe cōmuniſ est aliquādo
nis accusatori, aliquādo reo, secundū naturā cōtrouersiarū.

Transpositio.)

Locus antepenultimus est Transpositio. is locus
sumitur, cū signā ue cōprehensionis conueniūt
quoad factū. ut quia fatcor habuisse gladiū crue- 10
tū in uagina, sed propterea non occidiss: immo gladium
ab alio repositum huic loco . quis enim ita supinum me
iudicaret, ut gladium cruentum reconderem, & non pri-
us detergerem? Tu cōiunxisti affinitatē cū tyrāno, reus
es proditōis. Coniunxi equidē, sed optima intētione, ut
tyrannum lenirem. Tu Clodi triduo antē minatus es Mi-
loni, te uindicaturū. Verū, minatus sum: sed iure me uo-
lui uindicare. Hanc transpositionē Iason, licet non intel-
lexerit, docet in l. rogasti. S. 1. ff. Sic cert. pet. Item, Clama-
sti in monopolio, ueniēt ueniēt alia tēpora: reus es factio- 20
nis. At ita dixi, sed bona intentione: quia credidi futura
tēpora trāquilliora. Cruor in ueste relicitus est, & remā-
fit: reus es homicidij. At uerū est, sed in sacrificando cæci-
di hostiā, uel minus sanguinē. Hoc signū coniecturæ, quod
uestis cruento respersa apparuit, enecuit Sulpitiā uxore
Scipionis, ut docet Bocatius. Is enim ueste crentā domū
remiserat.

remiserat, propter macias hostias: ipsa credidit mari-
tū occisum. Itē uestis tua inuēta est eō loci, ubi erat cada-
uer. At fateor, sed ab inimico illuc positam. Et ita fuerat
plim interfectus Turnus Herdonius, quia in domū suam
Tarquinius Superb. magnā molēm gladiorū occulte re-
posuerat, ut eum suspectū faceret. Liuius lib. 1. Cæterū
is locus transpositionis eo genere infirmus est, cū dici-
mus uestes nostras ab alio illuc positas, armaq; in domū
nostram ab inimico absconsa: quia nō creditur nobis, ni
10 si probemus. Et sic coniectura cessat, teste Trapezūtio.

Inuersio.)

Penultimus locus Inuersio, signa et cōiecluras cōpra-
hensiōis infert, et ad nostra cōmoda torquet. locus sanē
uehemēter urgēs, si cui accōmodari potest. ut cōtraxisti
affinitatē publicē cū tyranno, reus es proditionis. Imō ni
bil minus q̄ signa proditiōis in me reperiūtur, si publicē
fecī: secus, si occuliē cū eo cōspirasse. Tu clausulis isolitis
usus es in contractu, dolū nexuisti. Imō eo nō ie minime
dolū cōmisi, si sint insolite. nā fraudes et doli sunt soliti.
20 Vestiū nitore, insolito sumptū icedis, adulter es. Imō mi-
nime, quia hæc usurpo: nā ea res nō uestiū nitore confici-
tur. Tu Erasme male facis, q̄ eloquentiæ fucis sacrā scri-
pturā cōtaminas, quæ pura deberet esse et simplex. Imō
eo nomine purissima erit, si carebit barbarie. nā quo est
oratio eloquentior, eo purior. Vacillabit Erasme autori-
tas sacrarū literarū, si quilibet manū addat. Imō uacilla-

bit, si nō addat, propter mendas quib. fœdatur. Religio-
se & reuerenter, Erasme, tractandæ sunt sacræ literæ.
At nos ipsi hoc maximè molimur, confessis pro autorita-
te tot egregijs ecclesiæ doctorib. Ea inuersione usus est
Euathlus cōtra Protagorā, ut dixi suprà lib. 1. de Exor.
Differūt autem inter se absolutio, trāspositio, inuersio:
quippe omnes hi tres loci defensoris sunt proprij. In ab-
solutione reus fatetur signa cōprehensionis, sibi licuif-
se, nihil adiecto. In trāpositione fatetur factū indicij, sed
auertit crimen ex intensione. Sed inuersio non contenta
his duobus locis, quod fateatur signū, quod auertat cri-
men signi, nisi etiam proprio gladio confodiat aduersa-
rium. Et sī hi tres loci semper intenduntur gradibus.

Qualitas.)

†criminis

Vltimus locus est Qualitas, †cōmunis scilicet: cū iam firmata est suspicio per cōprehensionē et repulsionē, collectis iam signis et indicijs eti- am à uolūtate & potestate. Tunc hic locus qualitatē cri- minis attollit, per amplificationem quam iniquē, quam acriter, qua omnino truculentia reus hoc crimen perfece- 20 rit, cui misereri non oporteat, qui non nisi ingenti poena dignus sit. Hæc qualitas uersatur circa ultimam circun- stantiā, scilicet qualiter fecerit, quanta nequitia usus fit, quam omnino hæc res ad exemplum pertineat. E diuer- so reus captat misericordiam, complorat imbecillitatem

mor-

mortalium: petit meminisse eius sententiae, Nemo sine cri-
mine uiuit. Eleuat, id est, attenuat crimen quantum po-
test. quae utraq; conficiuntur per amplificatione, de qua
suo ordine dicemus. Et dicitur iste locus cōmuni, quia
in omni causa criminali locū habet, et in accusatore, et
in reo, licet taliter et aliter. Alia enim intēsio est accusa-
toris, alia rei. quam intensionē si consideres, dicētur lo-
ci proprij: quia accusator attollit crimen, reus contrā
attenuat. qui ad naturam controuersiæ sunt communes:
20 sed quo ad personas litigantium sunt proprij. quod dico,
ut intelligatis hic autorem quem legimus.

A testibus.)

Restat explicandus nobis primus locus à testium
petitione, quem ideo nouissimo loco tractamus,
quia cæteris fusiōr est, et latius patet. Hic locus
t à testium petitione consumitur in alios locos, uideli-
cet in testibus, in signis, in quæstionibus uel tormentis,
in tabulis, in præiudicio, uel in iureiurando. Isti loci di-
20 cuntur art. xviii, id est inartificiales, quia extra causam su-
muntur, et non colliguntur aliqua ratione argumenta-
tionū. quapropter quidam nominauerunt hos locos ex-
trā sumpta, ut Fab. in testibus producendis. ut si accusa-
tor testes producat, et de fide cōmendet, eorumq; dicta
tueatur, colligat, cōcordet. E diuerso reus eos testes re-
īciet, quantum poterit. poterit autem, si quid conueni-

at in testibus, quæ suprà diximus in locis à uolūtate, uel
potestate. ut si accusantur de uictu inhonesto, de humili
fortuna, de prava consuetudine, de perfida natione: id
quod elegāter facit Cic. in oratione pro L. Flacco, quite
stes Græcos nimiū eleuat, nullam grauitatē, nullam con
stantiā, nullum firmū in Græcis hominib. cōfiliū, nul
lā deniq; testimonij fidē, perditos Græcorū mores usq;
ad danda mutuo testimonia. Item si opponat defensor
cōmoda, lucra, imimitias, quæ uel securi sint, uel timu
erint testes: et multa id genus, quæ docētur apud Fabiū 10
lib. 5. cap. 7. quippe qui circa hunc locū est fusiſsimus, et
ex pari ut aſſolet elegans. Si tamen accusator testib. defi
ciat, hic uero defensor urgebit, non sufficere quod crimi
nantur, niſi probes calumniari accusatorē, puniendum
talionis. Dic rogo accusator quis uiderit, quis interfue
rit: qua fide, quibus testibus hoc dicis, quæ sunt egregia
tua documenta? Qua in re accusatori neceſſe est, ut ad ſe
quentem locū à signis uel argumentis confugiat, quæ fu
prà per nouem locos latè collegimus: dicens, plus credi
oportere signis, argumentis, indicijs, coniecturis, quam 20
ſi testes haberet. hos enim fidē mutare posse, signa mane
re cōſtātia, neminē fallere, nuda signa ueritatē nudē col
gere: illos corrūpi posse, signa eſſe naturæ, testes regi

A quæſtionibus.) (uersutia &c

Locus à quæſtionib. tractandus eſt, cum ueremur te
ſtes fide laborare: quo genere ſunt omnes ſerui, uerna
lixa,

lixæ, calones, & de infima fece populi, ignobile uulgas:
 qbus more maiorū nō creditur sine tormētis, quod forte
 etiā hodie Itali obseruāt. Ergo accusator petet testes tor-
 mētis inqri, ut sic quos fides deserit, tormēta uerū fate-
 ri cogāt. E diuerso defensor eis qui torqueātur, credi nō
 oportere, quod extorta ueritas laboret: esseq; tū minus
 tutā, quod uaria sint inq̄cia hominū, uarij affectus, uaria
 tolerātia. esse enim nōnullos cōstantes in tormētis, mo-
 re Stoicorum: qui securi poenarū, securi cruciatū, nihī
 lo magis ueritatem prodant. alios esse poenarum impo-
 tētes, qui facile mentiātur, dum cesseret cruciatus. Quod
 nō tacuit Iureconf. in l. 1. per discursum. ff. de Quæstio-
 nibus. Memineris autem, aliquando & reum tormentis in-
 quirī, sed non nisi euidentibus: & probatis conie-
 curis concurrentibus quod uarie tractant Iureconf. in
 l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstion.

A præiudicijs.)

Locus à præiudicijs aliquādo suffragatur, s̄ a penūero nō
 suffragatur. Est aut̄ præiudiciū, quod ante iudicatū est.
 et quod pro exēplo specie probatiōis adducitur in con-
 trouersia. Et q̄ præiudiciū pro dāno sumūt, errāt estq;
 barbara usurpatio: nisi p̄ metonymiā causa pro effectu
 usurpetur. quia s̄ aepē præiudicatū est causa dāni. est etiā
 s̄ aepē causa uictoriæ, ut audiēmus. Præiudicia Fab. li. 5. c.
 1. scribit esse iriplicia, aut quando ex plurib. causis antē
 fuit iudicatū, aut quādo in ea causa accessoriè iudicatū
 + paribus.

l z fuit:

fuit: aut quādo principaliter pronunciatū est de re, quæ
in controuersia repetitur. Circa primum genus, ut si ali-
quādo fratres Mendicātes obtinuerūt per sententiam,
se posse esse hæredes. et postea cum ex interuallo anno
rum hæreditatem Titij petunt, proferunt sententiā pri-
us obtentā. Item cum Milo damnatus fuerat homicidij,
propter certas species probationū ea sententia postea
producitur, contra alios accusatos homicidij. Ista præiu-
dicia dicūtur exempla, teste Fabio: & non suffragātur.
quia non est exemplis iudicandum, sed legibus: ut dicit 10
Imperator Alexander in l. nemo iudex. C. de sententijs.
Qui ares inter alios acta, alijs non præiudicat. Sed hoc
non est perpetuum, quia causa status, id est, cum iudicatur
aliquis liber uel seruus, filius legitimus uel nō legitimus:
istæ sententiae faciunt præiudicium in omnib. alijs causis,
quæ t manet ab iisdem litigantibus. Ut hoc intelligas, fin-
ge Titium esse pronunciatū filium Flacci. iste filius si po-
stea petat alimenta à patre, si petat se adiuuari in ho-
noribus, si petat auxilium & consilium in cōtrahendo
matrimonio, iam in omnibus istis causis adiuuatur præ- 20
iudicio. Ita intelliges §. præiudiciales. Institut. de actio-
nibus. Sic si aliquis pronunciatur esse phasallus militis,
comitis, principis: ista sententia fert præiudicium in o-
nibus causis postea mouendis, ex parte Feudi. Secundo
potest hæc doctrinal limitari, quādo sententia aliqua esset
pronūciata per principem, uel per senatū: quia talis sen-
tentia

+ mouentur

tentia præiudicat, id est, eius exemplū sequimur in qua
 cunq; alia simili causa. quod eleganter attigit Fabi. loco
 suprà allegato. Et est de hoc textus in dictal. Nemo iu-
 dex. in fine. C. de sentētijs. Hoc est, quod rogabat Porci
 nus apud Plin. in Epistolis, ne cognitione Cæsaris fieret
 præiudicium. Sic et D. Hieronymus sententiā diuinam
 præiudiciū nominat, cap. i. in Esaiā: Liberū, inquit, ser-
 uari arbitrium, ut in utrāq; partem non ex præiudicio
 Dei, sed ex meritis singulorum, uel poena uel præmium
 sit. Aliud est genus præiudiciorum, ut dicit Fabius: quod
 sumitur ex eadē causa, qua de agitur. Quod tu legū stu-
 diose latius declara: quia hoc genus præiudicij aliquādo
 emergit propter necessitatem ordinis, aut propter tim
 perfectionem cognitionis. Necesitas ordinis parat hoc
 præiudiciū: ut cum nodus in controuersia incidit, qui ni-
 si decidatur, in cōtrouersia procedi nō potest. ut Titius
 petit hæreditatem, quam Flaccus possideat, quæ ad se se-
 pertineat. Flaccus econtra excipit, Titium nō posse age-
 re: quippe esse seruū. Hic ante omnia necesse est declara-
 ri, an Titius seruus sit, quia est causa præiudicij. nā si ser-
 uus pronūciabitur esse, impeditur præiudicio ne petat
 hæreditatē. De isto genere loquitur Iurecon. in l. Si quis
 libertatem. ff. de petitione hæreditatis. Et sic intelligas
 tu legū sectator, l. generaliter. ff. de Exceptionib. quam
 hactenus nō intellexisti: ubi dicit textus, si reus allegat
 præiudicia, id est, exceptionē præiudiciale, iam ex reo

+ profectio-
nem

est factus actor Secundo dixi hoc genus emergere propter cognitionis imperfectionem, ut si aliquis nodus in principalem controuersiam incidat, qui morā pati non possit, tūc super eo nodo à iudice imperfecte cognoscitur. Ut puella impedit adolescentē, ut agnoscat prole quam ei adscribit. ista lis, hæc controuersia potest aliquo tempore durare. petit puella, ut adolescēs alat prolem interea. Iudex summarie sine magna cognitiōe decernit alendā esse prolem ab adolescentē. hæc est sententia præiudicij, quia præcurrit principale iudicium. In hoc genere præiudicij ista præiudicia quæ fiunt ex cognitionis imperfectione non probat, non præiudicant, ab ijs non sumitur exemplū. unde adolescens non cogitur agnoscere prole, propterea quod aluit. Ita est textus in l. 1. §. Julianus. ff. de liberis agnoscendis. Istæc præiudicia nō præmūt, ut iā dixi. Et hoc genus præiudicij occurrerat Miloni, cum accusaretur occidisse Clodiū. nam antestatim post occisionem hominis senatus summarie decreuerat, hanc cædem uideri esse contra rem pub. Hoc præiudicio, id est, ante iudicato præmebatur Milo in accusatiōe. sed Cicerō hoc egregiè diluerat. Alia pars præiudicij, in hoc secūdo genere, id est, ex necessitate ordinis egregiè præiudicat, dat bonā speciem probationis in principali controuersia. Ita quicquid antea iudicatum est, Iudex cogatur hoc sequi in principali controuersia: quod tamen à legum sectatoribus latius tractatur Tertium genus. Si

de

de eadem causa principaliter est pronunciatur, quæ causa postea iterum in iudicium reducitur. ut si pronuntiatum est, nauim tibi deberi, tu postea petis ligna nauis, asseres, tabulas, etc. iā tu repelleris præiudicio, exceptio rei iudicatae. Quia dicit aduersarius se obtinuisse sententiam definitiuanam cōtra te de nauis: ergo et de partib. nauis. Et hoc tractat l. Si quis cum totū. per discursum legis. ff. de exceptio rei iudicatae. Hoc est, quod dixerat Terentius in Phormion. Actum ne negas. Et hoc genus 10 præiudicij habet + primā specie probatiois: imò aduersarius à primo limine iudicij repellitur, ut dicūt Iura canonica. Et si sententia alia daretur contra primam, ista esset nulla. l. i. C. quando prouocare non est necesse. Sed hoc habet latissimum tractandi campum, qui pertinet ad iuriſperitos. In summa: præiudicium, teste Pedian. dicitur res quæcunq; statuta fuerit, quæ afferat uel nō afferat exemplum iudicaturis, quoā sequantur uel non sequantur. Sunt nonnulli ex amicis nostris, qui in Topicis legalibus putant, leges & responsa prudentum esse 20 præiudicia. Quod potest uerum esse, sumpta à remotis metaphora. sed propriè loquendo, in hoc dicto subsistimus, quia non habet autorem.

+ optimam

Præiudicium
quid.

A rumoribus.)

Est locus à rumorib. ut si accusator se fundet in uulgi rumorem: hic dicet defensor, rumorib. credi nō opor-

tere, sed testibus, nō confictis fabulis . temere conflare ea quae ex rumoribus sparguntur, sine certo autore, sine rā dice ueritatis. At accusator contendet, rumores non fru stra nasci . Fundabit se ex sententia philosophi, populi uocem non omnino esse deperditam. Circa quem locum Fabius sic dicit, ab accusatore rumorem stabiliri posse, quasi consensum ciuitatis, & uelut publicum testimoniū. Defensor è diuerso, ex obscuro esse ortum, cui malignitas iniūm dederit, credulitas incrementum. Ita Fa bius libro quinto Cap. tertio. 10

A tabulis.)

A Tabulis, id est ab instrumentis, à scripturis si gillatis, firmior fides sumitur. est enim probatio probata, teste Baldo. Huic loco cōtradicitur ab aduersario, si signorum laboret fides, si tempora non conueniant, si pugnantia, si simulata, si de fraude suspe cta tabule cōtineant, si metu, si uiolentia, si dolo sint extortæ: & multa id genus, quæ in iure nostro tractantur.

A iureiurando.)

A Iureiurando locus tunc est firmissimus, si uel 20 partes litigantes altera alteri, uel iudex sententia sua sacramentum detulerit. neque enim fas est, ut dici iureconsultus, post iuramentū quicquam queri, aut controuerti: offerre autem sese ad iuramenti, Fab. loco suprà allegato, capite sexto libri quinti, dicit esse improbum, nisi referat & alteri iuramentum: uel

uel nisi aliae probationis species concurrant. Verum uita laudatior, dicit Fabius, offerentem sese aliquando tuebitur. Ceterum alteri deferre honestum est, licet non semper tutum: quia graue est, aduersarium iudicem cause constitucere. quod uoluit Imperator in l. finali. C. de Fidei commissis. Quapropter dicit Fabius, se a senioribus didicisse tria, tum ne unquam iuramentum alteri defrens, ex aduersario iudicem constituat: et item ne aduersario iudicis eligendi arbitriu committat: et tandem, ne 10 cōsentiat ut aduersarij aduocatus iudex eligatur. Hoc temen non obmitte, quod si aduersarius iuramentū ei delatum à parte recuset, iam pro conuicto habebitur, dicta l. finali. nisi dicat se potius, quod intēdit probaturū, quām dubium cuiq; relicturū, an peier arit. Hi sunt loci Cephali, id est principales in statu cōiecturali, quib. id quod proponimus fundamus, ut si dicantur + propositionum sedes, ut suprà diximus. Hoc quoq; in calce habeto, accunum satorem oportere esse instructum in coniecturali aliqua probationū specie, earum que suprà retulimus, cum is 20 status in facto consistit, Factū sit an non sit: et facta probanda sunt, ut dicit Ius nostrū. Ceterum si fontem accusationis accusator pergit ex ore aduersarij inuestigare, et uelut interrogando accusationis suae statum fundare, non audiretur: quod eleganter prouidit Imperator in l. Qui accusare. C. de edēdo. ut si primo limine accusator interrogaret, Num tu cædem cōmisisti? num eò loci præ

Epilogus.

l 5 sens

senseras, dum occisus clamaret? Hoc est quod L. Apuleius in oratione prima contra Aemilianum accusatorem suum intenderat, cum diceret: Si accusatum uenis, argue quæ dicis: si interrogatum, noli præiudicare quid fuerit: quod ideo interrogas, quia nescis.

Aut cupide dicere &c.)

VT si testis arguuentis rationibus ue colligeret & tueretur ueritatem sui dicti, & se ultro ingereret suprà quam esset interrogatus. Ut interrogatus testis, an Titius uulnerauerit Flaccum: respondeat, uulnerasse: non solum quia interfuerit, sed hoc sciat ex conditione personæ, quæ sit rixosa, quæ consue uerit ferro grassari. esse enim hominem nebulonen, fuisse arctas inter uulneratum & alium inimicitias. Vel si testis interrogatus de facto, etiam de iure responderet: ut, uulnerasse Titiū, et iuste uulnerasse, causam optimā uulneris habuisse. De huiusmodi testibus suspectis, habetis in l. solum. C. de testibus. Et in capite cum causam, extra eorum cum testibus.

Aut fictam fabulam.)

SI enim dicemus, aut ficte, aut uerè, nō refert: No uisti ne tu accusator, in quā opinionē præteritis annis incideris? nouisti quod dicebare puellā uitasse, cōstuprass̄ illius uxorē, fidē, pacta nō seruass̄? hoc enim multi de te sparscrūt, id quod cognitū ē. at ego id ipsum nunquā credidi: magis integer in iudicio tui, q̄ tu in

tu in mei appareas. Hoc dico, non ut te criminer: sed ut ostendam, s̄e penumero rumores falso dissipari, &c.

Appendix ad statū coniecturalem.)



RO corolla huius status Coniecturalis, non est ignorandum, eam constitutionem inueniri aliquando perfectam, aliquando imperfectam. Perfecta est, in quare et persona consistit. ut cum
 10 accusatur Vlysses interficisse Aiacē: iam de eo, id est, cāde, et de persona cōstat. Quod fit aliquādo simpliciter, ut in hoc ipso exemplo Vlyssis, et ubi aliās reus simpliciter accusatur. Aliquando geminata est hæc constitutio, uocū accusator et reus se mutuo accusant, pro se quisque. Sic uxor Pharaonis in Genesi poterat accusare Ioseph ob adulterium: uiciſſim Ioseph ēā, paris violentiæ, Genes. 39: que ad adulterium nixa sit. Sic in oratione Milonis status geminatur: quia accusatores criminantur struxisse Milonē insidias Clodio, et ediuero Milo cōtendit Clodium struxisse. Iste dicuntur recōuentiōes in Iure ciuili. qua in controuersia consultū est, ut hic eleganter docet Trapezuntius, ut in defendendo reus non procedat, niſi simul et accusatorem criminetur et nihil confirmet suorū, niſi simul cōfutatis aduersarij armis: quod elegatiſſ. factitasse dicitur Cic. in dicta oratiōe. ista est cōstitutio cōiecturalis perfecta. Alia imperfecta: ubi persona

Sona patet quæ accusatur, de facto nō constat. Ut si accusetur filius prodigus interfecisse patrē opulentū, quod nusquam pater comparuerat. hæc controuersia non facit statū, licet Minutianus rhetor contrā putauerit. Cæterū si de facto constet, sed autor ignoretur, ut in famosis libellis sine certo autore proditis, tunc pro tanto consistet cōtrouersia, non ut ex ordine iudicij, sed ut per iudicem ex officio procedatur inquirēdo: ut est elegans testitus in l. quod senatus. C. de Iniurijs. Item si de facto constaret, ex persona suspecta esset ignota: nō quod ignoratur, sed quod non nosceretur. ista est conjecturalis imperfecta, sed tamen consistit, habet statum. ut si apud hominem imperfectum in sylva inueniretur ignotus homo, peregrinus aliquis, qui cædis accusaretur. hac in cōtrouersia loci à uoluntate, & potestate, & à testimoniū petitione non procedunt: sed tantummodo ad argumenta & indicia configitur, & aliquando ad tormenta.

Constitutio legitima.)

In cap. 3: **E**xpediti de statu cōjecturali, nūc constitutionē legitimā bonis, ut dicitur, auib. aggrediemur, quæ consistit in scripto et uolūtate, in ambiguo, in cōtrarijs legib. in definitione, ratiocinatiōe, et tralatione, uenientes ad controuersiam scripti et uoluntatis. si pergamus omnia uel necessaria etiā dicere, nunquā rem finiemus. Vnde transibimus summa per fastigia rerum. Exercitatio alia

tio alia faciet. Ex scripto enim et sententia, ut dicit Fab.
lib. 7. tunc status incidit, quādo in lege est aliqua uel ue-
ra uel prætentia uel extorta obscuritas. In hac controuer-
sia uterq; suam intensionem, ille scriptū, hic uoluntatem
defendit, fundamenta aduersarij subuertens. ut, lex est,
quod fur in quadruplū puniatur. duo furati sunt merca-
tori decē millia, petit mercator à quolibet 40. millia ex
lege scripta: fures tuentur se ex sentētia legis, quod qua-
druplum hoc casu non duplicitur. Item lex est: Peregrī
10 nūs qui murū ascendit plectatur capite. ascenderat pere-
grinus in obsessa ciuitate, & repulit hostes à muro. hic
accusatur capit is quod contra legem fecerit: ipse se men-
te, uoluntate, & ratione legis tuetur. Lex est, ut qui ci-
tatus non compareat, sit contumax. Titius citatus non
comparuit, impeditus ui fluminis: reputatur cōtumax,
ex scripta lege. at is se defendit ex uolūtate & mente le-
gis. Hę et similes altercationes, que innumerae sunt, his
rationibus conficiuntur & tractātur, quas per summa,
non ut Trapezūtius per minutissimas particulas, more
20 Græcorū, elucidabimus. Ex scripto qui nititur, primo
omniū recitat scriptam legem: postea docebit, nisi le-
gī stetur, misceri omnia, nescire quenquam quid suūsit.
ut alio loco dixerat Cicero pro Murena: noluisse maio-
res nostros, ut ex suo quisq; sensu æquitatem metiretur,
sed ad leges configureretur: legislatorem hoc destinare, ut
in publicū profit, non habita ratione si aliquo incommo-
do priuatē

do priuati premeretur. ut eleganter Cassius dixit apud Cornelium Tacitum, libro tredecimo: Satius esse seruare leges, quæ constitutæ sunt, etiam si grauent: quam ab eis discedere, ut nihil sit in republica certi. Res pub. crescere et augeri, in quibus scriptæ legi stetut: decrescere, si à scripto pro cuiusvis captu recedatur. Proinde ius statuisse, ut in dubijs rebus à uerbis legis pendamus. Potuisse inscribi, quæ aduersarius contendit, si ei uisum fuisset. Tandem exempla adferri, in quibus à scripto sit iudicatum, & non à sententia. Ut lex est: 10
Quæ uxor suspitione adulterij diuertit, eius serui ad tormenta tuinciatur, seruum habuit in rure, rerū omnium inscium, quem excusare perrexerunt à sententia legis. Obtinuit iudicato, ut et is seruus uinciretur: quæ res dura est uisa, dicit iurecons. tamen ex lege scripta iudicatu est, in l. prospexit. ff. **Qui** & à quibus manumisisti, &c. Itē lex militaris est, qui iniussu ducis in hostes incurrat, capite plectatur. Mālij Torquati filius iniussu patris, nē peducis, in hostes incurrebat, eos profligauerat, capite tamen plexus est à patre, iuxta scriptam legem: quāuis 20

Scriptum. uictoriā reportarit, et rem bene egerit. E diuerso defensor **Inscriptio** sor inscriptione nitetur, non scripto. Est autē scriptum id quod recitatur: **inscriptio** est ipse actus in scribendi legē, ut quia breuiter, dilucidè, accuratè, sine circuitu scripta est, & hoc obscure significat Trapezūtius.) Defensor inquam, inscriptione nitetur, nō scripto. Vnde dicit:

Perpendi

Perpendi debere non legem scriptam, sicut recitata est:
 sed quo proposito scripsiterit, quam clare, quam significanter,
 quam indubitate hoc per legem intelligi uoluit,
 quod contendit defensor. Denique considerandum, quod
 legislator hanc legem tulit, ut prodeisset, ut consuleret rei
 publicae, et priuatis, ut quisque; quod cuiusque; esset cōequum
 retur: quod satis significat Cicero in oratione pro Mu-
 renā. item, Non omnia compræhendi scriptura potuis-
 se: in infinitum enim hoc procederet. Vnde non imme-
 rito prouerbio dici, Eum qui omnia sequi uelit, nihil as-
 sequi. Quo nomine maiores nostros prudenter uoluissē,
 ut ad tempora, ad conditiones, ad casus, ad euentū, ad na-
 turam rerum, ad æquum et bonum (nempe ius est ars æ-
 qui et boni) legis uirtus adflecleretur. Esse ergo ad hoc
 maximopere contendendum, et preferendus is intelle-
 ctus, ne iniqua incipiatur esse lex: ut non iniuria inde na-
 scantur, unde iura debebant, ut dicit Imperator in l. Me
 minorit. C. Vnde uis: legis tenorem saepenumero tum mi-
 nime seruari, cum maxime uerbis inhæretur. quando li-
 tera occidit, spiritus autem uiuificet. Lex olim fuit, ut li-
 beri parentes alant, aut uinciantur. Tu hanc legem ex
 uerbis intelligens, ita infantem uincisse? quid absurdius?
 quid iniquius? ut non iniuria dicatur à prudentibus:
 Legis animam non ex uerbis, sed ex ratione, ex
 equo et bono sumendam. Nec ociose arbitror à no-

stris

stris maioribus usurpatum est, summum ius summā esse iniuriam: ut est apud Terentium. Sub nomine summi iuris, rigorem inexorabilem ex uerbis intelligētes, ut ele gāter uoluit Budæus in annotationib. suis in Pandectas. Tandem è diuerso proferātur exempla, ubi à sententia, non à uerbis legis iudicatum est. Siquidem lex est, ut libertus si patronū suū sine uenia uocauerit, quinquaginta florenis mulctetur. libertus uocauit in ius patronum + deserebat sine uenia: sed pœnituerat cœpti, et ī desistebat. hic puni retur ex uerbis legis, quia uocauit in ius: sed ex sentētia 10 legis excusatur, & hoc in iudicio obtinuit. l. Quamuis. ff. de in ius uocando. Sic pater qui filiū instituerat hære dem, uoluit ut hæreditas post mortem filij Titio obueniret, is filius procreat prolem, & moritur. si uerba testamenti sequimur. hic proles excluditur à bonis aui, & admittitur extraneus: quod esset iniquissimū. Et sic à uoluntate præsumpta testatoris iudicatu est, & non à uerbis testamenti. l. cum acutissimis. C. de fidei commissis.

Aliud exemplum. Instituerat pater posthumū, quem sperabat nasci. & adiecit hæc uerba: si posthumus impubes moritur, Curius ei hæres esto. Posthumus iste non est natus, quem casum obmisit testator in uerbis testamēti. Acris fuit cōflictus inter L. Crassum & Scæuolā, in hac controuersia, ut luculenter tradit Cic. lib. 1. de Oratore. tandem obtentum est, ut ex uoluntate testatoris, nō ex uerbis testamenti iudicaretur: quod etiam erat contra legem

egem scriptam. L. cōmodissime. ff. de liberis & posthū
mis: ubi casus omissus habetur pro omisso, nihilominus
hereditas adiudicata est Curio: quem si testator uoluit
esse hæredem secūdū filio nato et mortuo, sine dubio uo-
luit & filio non nato. Iam uero defensor aduersarij fun-
damenta destruet, utpote ex scripti recitatione nihil fun-
dari, dum ratio, dum mens legislatoris aperta sit: &
eam lenitatem esse tyrannidem, quæ inquis legibus tui
uet, etiam si crescat cū iniuria subditorū: & ita de alijs.

- 10 Tu uero ut per summā intelligas, quādo scripto, quando
sententiæ sit standum: nam primo omnium inspicien-
da est consuetudo, quæ iuri subscribat: illud sequemur.
est enim consuetudo optima legū interpres. Quod si de
sit consuetudo, legem ad æquitatem reducemos, quæ est
tutissima interpretatio: nempe in partem benigniorem,
in partem mitiorem, et quæ minus grauet. Si uero lex sit
protinus obscura, & nihil horum recipiat, tunc uerbis
standū esse non inficior, l. i. §. si is qui nauē. ff. de exerci-
tu. Si non possit intellectus certus dici, quia uariat lex:
20 consulendus est Princeps. Hoc uoluit Accursius, in l. non
possunt. ff. de legibus. Si uelim esse profusior, iam prius
totum ius ciuile exhauiemus, quam finem inueniamus.

Deinde quæretur quid ei defuerit.)

Cuius obiecti est facilis responsio: legem uersari cir- De scripto
ca uniuersa, in genere, non circa singula: quia non pos- et uolūtate.
m sūnt

sunt omnes articuli actuum humanorum legibus describi. l. non possunt. ff. de legibus.

Deinde à nobis sententia
reperietur, &c.)

Hic locus firmus est, quē ducimus à rationis inuentione. & est cōmuniſ accusatori & reo. Nam retēto themate de peregrino, qui contra legem murum ascenderat, cum reus mentem & uoluntatē eius legis declarasset: iam accusator aliam sententiā affert, quod potius ea lex, quē uetat peregrinum murū ascendere, intelligatur de omni peregrino, et in omnem euenterum. quia olim appellatione peregrini uenerunt hostes, et appellatione hostium peregrini: ita dicit M. Varro li. 1. de lingua Latina, circa principium. sic in l. dos à patre. C. soluto matrimonio. ubi dicitur, filia in matrimonio mortua dotem redire ad patrē. Quod si sint liberi, à glossatoribus uarij dantur intellectus: quibusdā putantibus liberos excludi, alijs includentibus. cuique intellec*tui sua est ratio.*

Non naturæ.)

LEx est, ut quarta bonorū defuncti curialis pars debeatur curiae. moritur curialis, officiales petūt rerū diuisionem, ut recipiant quartam partem, hæredes nituntur legi scriptae, et uolunt quācunq; etiam minutissimā rem partiri, etiam denarios, calices, uasa.

At

At hoc est contra naturam rerum, quod tales minutæ res diuisæ nullam ferant utilitatem. ut L.unica. C. Quando & quibus quarta pars debeatur, lib. II. Aliud exemplum. Duo fratres habent territorium, quod diuidunt æqualiter cum subditis: alter ut habeat æqualem numerum subditorum, uult quod separentur mariti ab uxori bus, filij à parentibus: et nititur lege diuisoria, que in æquas partes diuidit. at hoc est cōtra naturam. L. possessionum. C. cōmunia utriusq; iudicij. Conuentiōes & contractus cōuenti à partibus, dicūtur legem præbere ipsis partibus. l. I. §. si conueniat. ff. de possessionibus. ubi dicitur, contractus ex conuentione legem accipiunt. & in l. Cæsar. ff. de pub. Ex qua Dd. nostri inutilia philosophantur, non intelligentes hoc loco uerbum legis.

Ac stipulationum, breuiter cursus exceptarum. &c.

Nam exceptores dicuntur scribæ, qui expedite no- Exceptores
tant. Ita est textus elegans in l. sed artes. §. finali. ff. lo-
20 cati. Quæ usurpatio est rara. Maturantius hic halluci-
natur, cum hoc uerbum non intelligeret.

Cum duæ leges inter se discrepant.)

Hic status merito ea sequitur, quæ à scripto et uoluntate suprà tractata sūt. In hac enim cōtrouer-
sia litigantes utrinq; scripto nituntur et uolun-

tate, ita quod in modico differat utriq; status, nisi quod
 ille simplex est, hic geminatus & cōiunctus. nam accusa-
 tor se scripto tuctur contra reū: defensor eō loci stat à le-
 gis sententia. & uicissim idem defensor scripto sue le-
 gis se tuetur: accusator ex sentētia contradicit. Per que-
 satis patet, in hoc statu leges non esse ex proposito con-
 trarias: sed cum litigantes sua uterq; lege instruitur, ca-
 sus facit & euentus ut collidantur, et inter se impin-
 gant, ut primo libro diximus. Proinde qui loci scriptū
 + adornant defendant, uel sententiam legis + obarmant, ut in supe-
 riori statu diximus: hi pro cuiusuis litigantis causa, 10
 transferūtur. Verū loci à scripto et inscriptione, uel hoc
 non ueniunt, uel sunt debiles: quod quilibet habet legem
 quam recitat, et eius inscriptionem laudet. Loci tamen à
 collatione, à confutatione, ab absurdo, à rationis inuen-
 tione, ab exemplis, ab obseruatione usus, à definitione et
 cōtraria definitione, ab obſistentia & cōtraria obſisten-
 tia, et si quisunt similes, in hoc statu intercurrere pos-
 sunt, et trahi firmamenta. quæ ut exemplo pateant, lex
 est, Abdicatus nihil rerum paternarū possideto. Altera
20
 lex est, qui in nauī tempestatis metu deserta permane-
 rint, nauem habento: abdicatus cū in nauī paterna à ue-
 ctorib. relicta remansisset, nauem ex lege petit. Contradi-
 citur ex alia lege, quod abdicatus nihil rerum paterna-
 rum possidere possit. Abdicatus è diuerso nihil ei obſtar-
 e legem cōtradictoris: siquidem nauis postquam relicta fue-
 rat,

rat, ex lege, quā ipse recitat, patris esse cessauerit. At le
 gem abdicator, iam de rebus paternis intelligi: hanc na
 uē in pœnā desertionis publici iuris esse factā, et reman
 nenti concessam † uteturq; abdicatus loco à definitiōe:
 nemperes paternas eas dici, quæ uel sub uiuentis patris
 manu, uel sub defuncti successione includātur. Porro ac
 cusator legem nauticam pro suo commodo torquet: ut po
 te de ijs sentire legē, qui non sint abdicati: negat patris
 nauem non esse, postquam nemo aliis sit dominus. & si
 10 maxime uerum sit, tamen cum abdicatio filij ex delicto
 ueniat, iniquum esse ut quis ex delicto commodum senti
 at: qui dicitur locus ab obſtentia. negat filius se ex deli
 cto abdicatū: & si uerū eſſet, ſibi tamen cōmodum non
 offerri ex delicto, ſed ex lege nautica. Et ita per alios
 locos magna ex parte ſuprà dictos, ultro & citro cōfli
 ctatur, dum quisq; ſuam legem defendit, & alterius ſen
 tentiā deſtruit. Intercurrunt aliquando in contrarijs legi
 bus locus à cōtinentia, qui eſt firmiſſimus, ſi cui applica
 ri potest. Tunc autem trahitur, cum intentionem noſtrā
 20 ex utriſque legibus fundamus: cum dicimus, utrique le
 gī ſuam uim, ſuum ſeuari tenorem, dum nobis ſubſcri
 bitur. Exemplum. Lex eſt, raptaraptoris uel mortem
 uel nuptias petat. noctu in temulētia quidam duas rapu
 it, & uitauit: altera mortē petit, altera nuptias. Hac in
 controuersia uincet, quæ mortē raptoris petat. per hoc
 enim utriq; uitiat & cōſuli: ur, et utroq; loco ſatisfit legi,
† niteturq;

quæ pœnā infert: cum si nuptiæ præferetur, altera maneret non uindicata, quod eleganter hic docet Trapezuntius. Per hunc insignem locū uincet abdicatus in superiori exemplo. nam remanebit ei nauis ex lege nautica: & paternarū rerum nihil attinget, ex lege abdicatoria. In dissoluendis legibus contrarijs in summa animaduerti cōueniet, utra sit potentior lex, utra magis fauorabilis: an ad deos illa, alia ad homines: an ad rem publicā illa, alia ad priuatos: an ex æquitate illa statuta sit, an ex rigore alia: an de honore hæc, illa de pœna: an sit hæc de magnis ḫreb. alia de paruis. quia propter parua à magnis non esse discedendum, docet Iureconsul. in l. Scio. ff. de in integrum restitutione. An hæc consuetudine firmata fit, alia in desuetudinē abierit: an hæc clara, determinata, illa obscura & generalis fit: an permittat hæc, alia uetus. siquidem fortius ligant uetus, quam permitta. l. non dubiū. C. de legibus. Vnde quod exemplum supra libro primo recitauius de augure, qui ex lege in de mortui locum alium in cōcionē petierat. at quia erat damnatus repetundarum, altera lege cōcionari uetabatur. quapropter merito dñari debebat, ut qui contra legem uetus fecerat. Et licet se defendisset, quod augur esset, & diuinorū interpres, ut sic non includeretur in lege repetundarum: tamen hoc ei non profecit, quia non ut augur, sed ut homo in legem repetūdarum commisit, &c.

Num quæ abrogatio, aut derogatio.)

Abrog-

Abrogatur lex, cum in totū reuocatur: derogatur legi, si aliqua particula mutetur, detrahatur uerba. Et quia legge abrogata sese defendit, uel etiam derogata, in ea parte quae detracta est, is tenetur falsi, et potest poena falsi puniri, ut dicit Modest. Iure consul. in l. finali. ff. de Falsis.

Infirma enim erit eius defensio.)

Licet fecerit lege permittēte id quod fecit, tamen quia non fecerat id ad quod cogi poterat, non excusat. que res excepto patere potest. Lex est:
 10 Peregrinus in hospicio maneat. Alia lex est: quisquis tempore hostili inuentus fuerit in ciuitate, sub vexillū cogatur. Peregrinus cū cæteri accurrerent, māsit in diuersorio, ueluti lege permittente: sed nihilominus reus peragitur uiolatæ legis alterius. Aliud exemplum. Lex cuius permittit L. doctoribus, ut sint immunes ab onere suscipiendi hospitis in aduentu Principis. superuenit alia lex nouissima, quæ ab hoc onere nemine excusat, sed omnes cogit: ista præfertur. Quapropter dicit Cicero in veteri Rhetorica, has leges imperatiuas esse, uelut exce
 20 ptionem à lege præmissa, &c.

Lib. 2. ca-
pite II.

STATVS AMBIGV I.



X ambiguo cōtrouersia nascitur, cum aut structus legis scriptæ uariat, aut diuisio orationis coniunctæ obscurat, aut uaria uerborum potestas incidit:

Si ambiguū est scriptū.

ut interim alias species transeamus, quæ sunt innumerabiles, si Fabio credimus. qui dicit lib. 7. cap. 10. fuisse philosophos, quib. nullum esse uerbum uidebatur, quod non plura significare posset. ex qua opinione Logici Sophistæ in sophismatis & fallacijs omne uerbum torquent, aut ita separant, ac simplicia implicant. Structus orationis ambigit, si accusandi casus cōcurrant: ut, Aio te Aracida Romanos uincere posse. ambiguum oraculum, an' ne Romanos Pyrrhus, an hi illū uincerent. Diuisio orationis iunctæ, cum dubitatur quæ dictio quò referri debeat: ut, te 10 stamento iussit poni statuā aureā hastam tenētem: an sta tua sit aurea, an hasta, ambiguū est. quæ res flexu uocis discernitur, teste Fab. ut poni iussit statuā aureā (hic uox deflectitur) hastā tenētē: qui flexus uocis nō recipitur facile, sed potius alio modo. ut, Iussit poni statuā aureā hastam tenentem. de qua t̄ disceptatione postea latius uide bimus. Varia uerborum potestas est in æquiuocis, ut in cursu fluminis ac pedū, in cane, gallo, tauro, aquila. Est & ambiguū in reciprocatione pronominis Suus, sibi, etc. si ea pronomina tertias personas sequantur. ut Publius 20 Caium rogat cauere, curet ne quid sibi accidat: ambiguū an sibi Publio, an sibi Caio. Valla de ea re multū philosophatur, quæ à Iuriscons. nō curantur, qui sæpe in id ambiguī incident. Nos hæc ambigua dissoluemus, ut statim sequetur. Soluuntur autem orationes dubiae, ut præferas illud quod est æquius, quod est naturæ, conditioni, tempori,

tempori, personæ magis congruens, ut etiam hic Cicero dicit. facit l. cum in testamento. ff. de rebus dubijs. Item præfertur quod tutius est. l. in ambiguis. ff. de regulis iuris. itē quod minus habet captionis, id est, decipulæ fraudis. l. Quoties redem. eodem titulo. item quod uitio caret. l. + Quamuis secum. ff. de rebus dubijs. Item in contractib. ambiguis cōtra stipulatorem fit interpretatio, qui potuit legem apertius scribere. l. Veteribus. ff. de patetis. l. cum quæritur. ff. de rebus dubijs. Cæterum si nihil illorū præferri possit, ut pote quod dispositio tota sit ambigua, tunc res uitiat, neutri stabitur, reiectur totū, et incidet in asystaton ambigui. Ita intelligas elegātem textum in l. duo sunt Titij. ff. + de testamentaria tutela. + de testibus & elegantius in l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs. Hoc est quod dixit Gregorius, in rebus ambiguis non esse fereandum iudicium. 33 Distinct. 4. cap. habuisse.

Omnès enim illi.)

Forte Cicero ea significat, quæ à philosopho i. Elē chorū cap. 3. tractantur, ubi tres modos amphibologiae inuenias. Primus, cū dictio uel oratio principaliter plura significat: qui modus etiam est nostræ farinæ. nam uerba æquiuoca, ut Fabius hic testatur, in testamentis sœpe occurrit. ut legauit taurū: ambiguum scrūm' ne, an iumentū uelit. Alius est modus, si uera si-

Tres amphibologiae modi ex Aristot.

gnificatio transsumatur: ut, littus arare. ex eo enim in
 l*lure ciuili nihil ambigui inferetur, ut solent Logici fa-*
cere. quia ex translatitijs usurpationibus quicquā ad ue
ritatem inferre nefas est, argumēto l. illicitas. S. i. ff. de
officio præsid. Et hunc modum Cicero hic remouet, quia
post uerum significatum, transumpta sententia non reci
pitur. Tertius est modus, ubi diuiduntur cōiuncta, et èdi
uerso: uel ubi dictio simplex certa est, coniuncta dubium
facit. Nos hunc modum ita recipimus, si possit flexu uo
cis discerni, ut suprà diximus. Exemplū est elegās in l.
Pupillus, in tertio responso. Iff. de autoritate tutorū. ubi
dicitur, Pupillū tutori nō obligari naturaliter, tamē obli
gari in quātū locupletior. Verbū enim naturaliter sepa
rari uel cōiungi cū superiorib. uel sequētib. potest, quod
flexu uocis discernimus. Accursius cōiungit cum præce
dentibus, ego cū sequentib. Cæterū si ex utroq; diuisim
uel cōiunctim intellecto, sententia in genere iudiciali col
ligi nō posset, id amphibolon respuentes, logicis relinqu
mus. Potest autē hoc fieri dupliciter. Aut cū una dictio
diuiditur, ut cor uinum, ui demus, in genua. quas Fabi
us dicit ineptas esse cauillationes, ex quib. tamē Græci
(tu Sophistas intellige) cōtrouersias struxerūt. Hoc ge
nere amphibologie emersisse credimus, quod de hæreti
cis supplicium capit is sumitur. Cum enim Paulus dice
ret, hæreticum deuita: in se licetum Sophistarū, nem
per Theologorum quorūdam genus diuisit, ut intellige
ret,

ret de uitia hæreticum, id est tolle. Aut cum dictio diuisa simpliciter ueritati nititur, coniuncta ambiguum facit: ut, scire literas dubium an literæ sciant, an aliis literas sci at, ut Philosophus loco prædicto tractat. Item aliud. Put tas quod quis uidet id uidet: amphibolon est in uerbo Id uidet, quod sub accusatiuo uel nominatiuo, coniunctim uel separatim intelligitur. quo genere est possibile, seden tem ambulare. Quas ineptias tanquam in nihilo utiles, Cicero hic negat esse recipiendas.

10 Dum cautè & expedite.)

Ciceroni hoc loco subscribit eleganter Rodolphus Agricola libro 1. cap. 3. ubi Logicos putat obscuritatem in docendo sequitos, rerum lumen tenebris obruisse. Et idem Rodolphus libro secundo cap. 11. miserā et cauillosam istam loquēdi sollicitudinē non modo reliquis artib. discendis non prodeſſe, ſed in ſuper ob eſſe plurimū affirmat: quod non liceat unū liberū uigilū ponere recte, ac ſi pes spinis confixus impediretur.

20 S T A T U S D E F I N I T I V U S.



Ntequam ad definitiū constitutionē ac Cum definitiū cesserimus, duo inuestigare expedierit. tione.) Primo, quod definitionis genus hic tra elemus: deinde, an definitiū status sit legitimus. Super priore illo noueris, duo eſſe definitionū genera. quoddā ex genere et differētijs cōſtat, quod dia lectici tractat. in quo tamē nomine differentiæ nō putes

ueras

ueras rerum differentias te affequi, quæ à nobis cognosci non possunt, nisi forte in homine. Cæterū usurpatæ sunt, ac usu receptæ: nempe quod uerborū ambitu et circuitu ueras differentias circumloquimur, ut gannire in uulpe, himnire in equo, & ita de alijs. quod docet Agricola lib. 1. cap. 5. In eo definitiois genere pro catholicis præceptis traditur, ita definitionem committi cum definito, ut definitio definito conueniat: & uicissim definitus se ultra definitionem non effundat. Quod latius declararem, nisi id artium professorum solenne munus es-
 set. Aliud est genus euagatius, in quo qui definit, sese ad præcepta Dialectica adeo nō astringit, ut siue describat, siue definiat, alijs ue uerbis rē elucidet, dum uis rei uel nominis uel iudici uel auditori cognita fiat, definitisse dicitur: ut testatur Fabius lib. 7. cap. 4. qui dicit finitionem rei propositæ propriā, dilucidam, et breuiter cōprehensam enunciationem. Prius illud genus Dialecticorum in Iure ciuili, & in Rheticis raro tractatur. ad eas enim angustias, ad ea septa, quibus se Dialectici cōcludunt, quā Fabius scrututem nominat, in causis uel dicēdis uel deci-
 dendis non adstringimur. quando necesse est (ut Agricola ait) circumferre oculos, et quasi omnes rerū angulos perquirere, ne definitū à definitioē, uel hæc ab illo exce-
 dat. quod disputaturis, q̄ causas acturis est cōmodius. Si quidem hi admittuntur, qualiter Iudicem persuadent: illi quomodo & uincant & uinciant. Hoc sentiens Vlpianus

nus Iurecōs. dicit, omnem definitionem in Iure ciuili esse
periculosa, et ex modico subuerti posse. Quod Accur-
sius cum nō intellexisset, quædam impertinentia ibi mē-
scet. Sed et Fab. lib. 3.. cap. 5. putat nihil in uniuersum fe-
nitione comprehendendi posse: licet Raphaël Regius ad dia-
lecticas angustias respiciens, ibi negatiuam falso supple-
at. quando is ipse Fabius lib. 7. cap. 4. Dialectica p̄-
cepta hoc genere ad oratorem non pertinere palam do-
cet. Quod et Trapezuntius libro 2. eleganter uoluit. Iu-
10 ris perito igitur, & Oratori suffecerit, si rem ex poste-
riore definitionis genere finiat, securus quibus uerbis,
dum commode et propriè, ut Iudici res controuersa in-
notescat. quod aliquando ex causis definimus: ut cum dī-
cimus, panē esse qui ex farina & aqua in fornace coqua-
tur: itē libertinos esse qui ex iusta seruitute manumissi
sunt: sic peculiū esse, quod dominus seruo dat negotian-
di causa. Item à partiaria collectione: sic Imperator defi-
nit ius scriptum esse, legem, plebiscitum, senatusconsul-
tum, constitutionē principis, responsa prudentum. Inst.
20 de iust. et iure. §. scriptum. Item ab alijs quibuscunq; ac-
cidentibus definimus: ut ciuitas est multitudo collecta
ad ciuilem conuentū, legib. & moribus coniuncta. Sic do-
lum malū definit Iurecōs. esse calliditatē, fallaciā, machi-
nationem ad ciruueniendum, fallendū, & decipiendum
proditam. l. 1. ff. de dolo malo. Et ut quiddā addas licen-
tius: definitiones in controuersijs s̄epenumero à fa-
elis

Elis & à relictis sumuntur. nam accusator definiet rem
 ab ijs quæ reus fecit, è regione defensor ab his quæ reus
 reliquit. ut accusatus sacrilegij, quod uas argenteum ex
 templo sustulerit, furtū quidē commisso fatetur, sacri
 legium negat. hic à factis definiet accusator, sacrilegium
 esse, de sacro etiam uasa priuata fraudulēter surripere.
 reus cum negasset se quicquā sacram attigisse, sed ea o-
 mnia quæ sacra erant intacta reliquisse: iā à relictis defi-
 niet, sacrilegium esse, rem sacrā à sacro surripere. siqui-
 dem quia rem sacram reliquit intactam, à relictis defini-¹⁰
 uit. Sic in summa totā uim et potestatem uocabuli, ut pul-
 chre hic Trapezunt. ad nostræ cause cōmodum cōpræ-
 bendit. Quod adeò uerum est, ut aliquando impertinen-
 ter à litigatoriis definiatur, quam nominant violentam
 definitionē. ut si æger ille, qui in naui deserta perman-
 fit, de quo suprà libro. I. sic definiat, permanere in nauī
 quā cæteri deserūt, nihil aliud est, quam conseruare na-
 uem. quæ violenta est definitio, de qua sæpe fiet mentio
 postea. Quamuis ergo Rhetoricis & Iureconsultis la-
 tiſſimus sit definiendi campus, hoc tamen perpetuum ²⁰
 est definitioni, quibuscunque uerbis enūcietur, ut uerba
 faciat rem definitam differre ab alijs. alia fruſtra defi-
 niremus: ſicut Plato, qui dicebat hominē eſſe bipedem,
 ſine pennis, teste Agricola. In cuius auditorium Dioge-
 nes immisit gallū deplumatū, dicens hunc eſſe hominē
 Platonis. Hoc eſt quod Fabius dicto loco dicit, impu-
 gnari

gnari definitiones tanq*ue* imperfectas, si rei natura nō ex iusto explicetur. Quo nomine reprobatur definitio Ser uij Iurecōsul. super dolo malo. ut dicta l. i. §. i. ff. de dolo malo. Sed nūc ad aliud, quod promisimus, reuerta mur. Status definitius an sit legitimus, an status proprius & principalis, à legitimo distinctus: autor noster inter legitimos ponit, ut uides. Alibi tamē in Rhetoricis Cieero, cum quatuor deduceret status: an sit, id est, conjecturam: quid sit, id est, definitionem: quale sit, id est, quo genere, hoc est iuridicalem: & quomodo petatur, id est actionem. postea negavit legalem esse illū statum. Fab. tamen libro 3 capite 8. duos status posuit, legalem & rationalem. sub rationali cōprehendit quatuor constitutiones uulgatas. Et ita uides, quod neuter definitio nem sub legitimū statum complectitur. Et certe si fuerum admittimus, definitua cōstitutio inter legitimas cōputari iustē nō potest: id quod anxiæ disceptat et evincit Trapezuntius. Definitius enim status quid res sit, quid nomen rei tractat. Legimus status tantūmodo ei nititur, quod lege scriptū est. Quod si ulla in legitimis statibus definitio incurrat, tamē principalis controueria uersatur super scripto: et quae definitio incidit in uerbis legis, fortasse tanquam locus incidit, non tanquam principalis status: utpote quod ea definitio nomen dubium aperiat, non legē explicet. Quinimo in omni statu, qui controuertitur, incidere definitio uerbi potest: ut s̄epe

De inuen-
tione lib. 1.

ut saepe in sequentibus audietis. At propterea definitio-
num eiusmodi status partem dicere absurdum esset. De-
nique definitio cum descripto legis nunquam querat, quo
modo erit status legitimus: cuius omnis uis est, discepta
re super scripto? Accedat nouissime, quod definitio non à
lege trahitur, sed à re, à nomine. at statum legitimum à
lege trahi, nō est ignotum. Et hæc est ueritas. quæ et Fa-
bio placuit, & Ciceroni in ueteri Rhetorica. Sed quādo
inter legitimos status ponitur hic ab autore nostro, quis
quis sit, quamuis parum pertinēter, sequamur ordinem 10
ipsius. His itaque præmissis, iam ad statū Definitiuū ac
cedamus. In hoc statu principaliter de rei definitione

De statu de finitiō.

queritur. qui tunc oritur, cum post accusationem reus li-
cet factū confiteatur, nomen tamen facti negat. iam enim
quæstio et iudicatio est, quid id sit quod factum esse con-
cedimus, quo' ue nomine cēseatur. ut sacrilegij accusatus,
quod uasa argentea ex templo sustulerit: fatetur se sustu-
lisse, sed sacrilegium esse negat. Quo in statu præcipua
controversia est utriusque litigantis, definire nomen, ut
ad suum uterq; commodū, accusator à factis, reus à reli- 20
ctis definiat. deinde per locū à ratiocinatione alter alte-
rius definitionem impugnabit: qui locus cōmodissime ex
ijs quæ antecedunt, quæ' ue consequuntur, & item per
alia ad rem pertinentia argumēta colligitur. Accusator
enim in nostro themate colliget, nihil inter se differre,
siue sacrum, siue priuatū auferatur, dum locus sacer sit:

cum

cum utrobiq; animus locum sacrum contaminare uolen-
 tis antecesserit, deorum cōtemptus intercurrerit, locire
 ligio prophanata sit, quem uenerari non uiolari oportue-
 rit. + nam religionem à relinquendo dici, Aulus Gellius + nec enim
 testatur. Iam & si priuata etiam ex loco sacro auferre
 sine sacrilegij crimen liceret, consequens esse, ut nemo se
 curus rem suam templis ausit committere. Et quā ēdis
 sacræ ueneratio hactenus tutelam præbuerit, in rapinā,
 in prædā conuerti, &c. Reus uicissim crimen sacrilegij
 10 teneri dicet eum, qui sacra legat, id est, furetur: sese nihil
 sacri, sed rem priuatā surripuisse: uerbis stari oportere.
 negare se uel deos contempsisse, uel loci religionem uio-
 lasse, qui nihil sacram attigerit: graue id futurum, si alie-
 nis & impertinentibus criminib. quisq; ex stomacho re-
 um peragat. unde furti appellatione sacrilegium commi-
 nisci calumnia fit. non esse ferendas huiusmodi accusatio-
 nes. iam enim misceri crimina, misceri pœnas, nihil ordi-
 natum relinqui, si ea licentia accusatorib. permittatur.
 Ius nostrum hoc casu reo subscribit. nam Imperatores Se-
 20 uerus & Antoninus Imp. Cassio rescripserunt, eum qui
 rem priuatam ex sacro abstulerit, furti teneri, nō sacrile-
 gij. l. Diui. ff. ad legem Iuliam peculatus. Licet quidā Pa-
 pa Ioānes diuersum deciderit. 17. Quæst. 4. cap. Quis
 quis. quo etiam nū iure utimur, tametsi significatio uer-
 bi & eo loci & alibi torqueatur. Possent alia adduci ex
 empla. Lex est: tyrannicida præmū quod uolet optato.

Insanus tyrannū per insaniā cecidit, præmiū petit sanus factus, cōtra dicitur: iā tyrannicida definiēdus est, quē cō tradictor à relictis definit eū esse, qui tyrannum ex proposito patriā liberādi occiderit: quod nec fecerit, nec facere insanus potuerit. Petitor à factis definit. esse siqdē tyrānicidā, qui tyranno imperfecto patriā liberauerit: id quod ipse fecerit. ratiocinabitur nihil referre, ex propo sito, an ex casu cæsus sit tyrānus, dū ita patriæ sit cōsultū. Siqdē omnia consequi ex sua etiā insani hominis cæde, quæ ex sani esset cōsecuta. Ediuerso cōtradictor præmia dicet nō obtineri casu, sed industria, proposito, solertia. nā nisi hoc esset, frustra præmium ob fortia facta decerni. posse qdē insano extraordinē consuli: præmiū aut ex lege ei nō deberi q nihil ex lege fecerit. Et est sanè in præstigi cōstitutiōe hoc perpetuū, ut ambæ partes præcipue nitātur, quo alterius definitio ab altero destruatur: et tāquā aliena à negotio, uiolēter extorta, impertinēs, inutilis impugnetur. Qua in re nō erit inutile, si natura causæ patiatur, ad hoc cōtendere, ut ex genere et differētijs definit litigator, et è regione aduersarij definitionē ut imperfēctā, ut nō cōuenientē cū definito attenuet, id est impugnet. quod et Fab. li. 7. dicto ca. 4. et Trapezuntius lib. 2. significasse uidetur. Ut accusator cū Titiiū accusasset doli, q. in uestib. laicis inuentus sit sacerdos, cū nō esset laicus, dolū definiēs machinationem esse, qua aliud agitur, aliud simulatur, quæ est Seruij iurecōs. definitio: hic reus satendo finxiisse laicum, negat tamē dolo fecisse.

Dolus quid.

sed ut tutior proficisci eretur. Deinde definitionē doli im
 probet, quod multa præter dolū aliter agantur, aliter si
 mulētur. ut de Saluatore, qui se lōgius ire finxerat: et de
 Thetide, quæ Achillē inter puellas ueste muliebri īdutū
 abscōderat, præter dolū, in aula Lycomedis. Sic si accusa
 tur quispiā furti, quod ob necessitatē famis panē sustule
 rit: et definiatur furtū esse, cū in uito domino res aufera
 tur: iam tolletur hæc definitio, improbabitur ut imperfe
 cta, cum non sufficiat in uito domino auferri, si non frau
²⁰ dulenter lucrandi animo fecerit. l. i. ff. de furtis. Sæpe e-
 nim fieri, ut in uito domino res recipiantur, quas quispiā
 sibi debitas putat. & ita de similib. in hac constitutione.
 De qualitate et int̄̄siōe locis cōmuniib. ideo hic nō dico,
 quia suprà in cōiectura attigimus: cū scilicet accusator
 crimē attollit et magnificat, intentionē rei grauiſſimā fuis-
 se ui orationis demonstrat. contrà reus nō adēd impiana
 fuisse suā int̄̄tione, criminā nō ita atrociter exaggeran-
 da et cōmiserationē mouebit, de qua in peroratione. Ex
 his colligi potest, cōstitutionē definitiūā duplicib. locis
²⁰ aliquādo tractari, cū litigātes, per se quisq; definiat: quo
 genere est accusatio sacrilegij, cōtra eū qui se furē cōfite-
 tur. quæ cōstitutionis definitiue species à Trap. prono-
 minās uocatur. pronomina t enim uterq; accusator et re-
 us, cū alio atq; alio nō ie crimē definiūt. Eius generis est
 exēplū autoris nostri de Cepiōe, q cū disturbasset cistu-
 las, & deieciisset pōtē, accusatus maiestatis q; tribunum,

Furtū quid.

sacrosanctam potestatem uiolarit: pronominat nō minu
 isse, sed auxisse maiestatē. quin è regione Saturninū ma
 iestatem lējisse, & definiet quid sit maiestatem minue
 re: scilicet contra senatus consulta in damnū Reip. leges
 ferre. E diuerso Saturninus pronominat, maiestatem mi
 nuere
 quid.
 Maiestatem
 minuere
 quid.
 sacrosanctā potestatem tribunitiam,
 & impedire suffragia populi. Quo loco qlibet pro suo
 cōmodo definiet à factis, & à relictis. Et quæ definitio
 à factis est accusatori, erit ei à derelictis cū se tuctur. I-
 deo etiam inueniri statū definitiū mixtum, cum ex per 10
 sona extrinsecus interueniente, assumptiū & constitutio
 nis partes miscētur. quod fit, cum persona interueniens
 trahit locū à relatione criminis. ut si eunuchū cum uxo
 re inuentū qui occiderit, accusaretur homicidij. dicit hic
 se coactū crimine eunuchi: hoc casu definiendo crimen
 adulterij, ordo cōuertitur, & commutatur. nam accusa
 tor reum accusando personā incidentē defendit, et reus
 se defendendo eandem personam accusat. negat enim ac
 cusator eunuchū esse adulterum: definiendo adulterum
 eum esse, qui uxorem alterius constupravit: quod eunu- 20
 chus nec fecerit, nec facere potuerit. et sic contra ordinē
 in hoc statu receptum accusator à derelictis definiet: id
 est, ab his quæ nō fecit eunuchus. Reus uiciissim definiet,
 adulterum esse, qui nudus cum uxore inueniatur, propo
 sito eam stuprandi, etiam si non stupravit. et sic à factis,
 id est ab eo quod fecit enuibus, definiet: et erit fortasse
 potior

potior ea definitio, si Apollonij philosophi autoritati
credimus. Is enim apud regem Persarum eunuchū posse
adulterum esse comprobauit, etiam si sit impotens: quod
concupiscentia certe in eo adulteretur. Hunc statū si ob
uersum uel obtortū dixeris, forte non errabis: quod pro
pter personam incidentem ordo definiendi in litiganti-
bus obuertitur. In hoc genus ancipitij, id est, duplicita-
tis, etiam personarum duplicatio incidit. Ut lex est, pri-
mogenitus regnum habeto. primogeniti filius cum secun-
do genito disceptat. Hic uterq; definiuit primogenitum,
et utentur locis ultro et citro duplicebus. Non ignoro
multa adhuc dici posse circa hunc statum: sed ne pomum
Athalantæ sequamur, hic finis esto.

Maiestatem is minuit.)

Hæc definitio ideo est uitiosa, et non suffragatur Sa-
turnino, quia est generalis, et potest ijsdem uerbis et à
reo usurpari. quapropter autor noster per illationes
20 hanc definitionem differre facit, alias esset fragilis.

Quæ capiunt suffragia populi, &c.)

Hæc definitio ideo est inutilis, et non suffragatur Sa-
turnino, quia impedire suffragia populi, morari consi-
lium magistratus factiosi, est res utilissima: quia po-
pulus procellis comparatur et fluctibus.

STATVS TRANSLATIONIS.



Am ad translationis statum ueniētes,
 Rhetorum conflictum sedare ante om-
 nia conueniet. fuere enim nonnulli, ut
 Fab. lib. 3. cap. 8. qui negarent transla-
 tionem statū esse, quod nunquā eo in
 genere super causa principali disceptetur, sed uelut in
 causis incidēter ueniat. nā ad causæ iudicationē quid atti-
 net cōtrouerti, an apud consulēm, an apud prætorē agi
 cōueniat; et ita de similib. Ediuerso Trapez. lib. 1. & 2. 10
 Statū esse principale defendit, putatq; magna eos obuol-
 ui ignorantia (haud dubiè Fab. intelligēs) qui inter con-
 stitutiōes nō ponāt, quod proprijs trāslatio locis expli-
 citur, et propria iudicatiōe terminetur. Nos huiusmodi
 fluctus conciliari posse putamus, si genus cōstitutiōis at-
 tenderimus. Si enim cōstitutio ad ipsius causæ cōtrouer-
 siam referatur, que ex primo cōflictu intensionis et de-
 pulsionis cōstat, tūc uerè Fab. docuit trāslationē nō esse
 statū: quia nō per modū principalis actionis, sed per mo-
 dū exceptionis in controuersiā incidit. Cæterū si statū 2.
 ex iudicij & litis cōtrouersia, que propter exceptionē
 incidit dimetiaris, iā Trapez. procedit assertio. trāslatio
 enim etiā si per exceptionē in iudiciū ueniat, eatenus ta-
 men status est, quatenus proprijs locis explicatur, et cū
 incidit suspensa causæ principalis cōtrouersia, quæstionē
 & iudicationē ad se trahit, id quod suprà lib. 1. ubi de iu-
 dicatione

dicatione, sufficienter declarauimus. Hac temperatione
 non admodum ardua, si Trapezuntius hunc nodum dis-
 creuisset, tā Fabiū eloquentiæ principē ignoratiæ nebu-
 lis nō inuoluisset. Sed qd faceret aliud, qui Græcus erat?
 Quibus supradictis cōsequens est, translationē non ma-
 gis esse sub statu legitimo, q̄ sub cōiecturali, uel alio sta-
 tu. quādo exceptio trāslatoria in omni statu icidit, ut de-
 fendi nullo iure hic autor pōssit, qui inter legitimos cōnu-
 merarit. Est aut̄ trāslatio, ad causā principaliter intētā **Translatio**
 10 opposita reiectio. qua definitiōe apparet recusationē, de quid.
 qua suprà, à trāslatiōe propē in nihilō differre, quicqd
 ibidem et hic dicat Trap. nisi q̄ alijs et alijs locis utraq;
 tractatur. Est autem duplex trāslatio, ut idem ait, perfe-
 cta et imperfecta, id quod supra li. i. licet suspensē attin-
 gere meminimus. Et quāuis ibidē sim Trapezuntiū se-
 cutus, non omnia circūspiciens: si tamē liceat dicere quæ
 sentio, nō uideo quo hēc ab illa differat: nisi q̄ huius lo-
 ci sumūtur à circūstantia, illius à circūstantia nō oriūtur:
 20 siquidē utraq; translatio parē habet effectū. utraq; enim
 perimit, utraq; differt. Differt aut̄ iudiciū, quæ dicitur
 exceptio dilatoria: perimit uel iudiciū uel instantiā, quæ
 dicitur exceptio pereptoria. Itaq; si qua est differētia in
 ter utranq;, ea est quā diximus: quod loci illic absolute,
 hic ex peristasisfluūt. Igitur pfectae trāslatiōis loci à lege
 sumūtur, à moribus. i. cōfuetudine, à pactis, à reb. iudica-
 tis, à lege. Einge minorē lege prohiberi, ne sine curatore

stet iudicio. Agit ad fundū minor. Iam reus translatione
 perfecta se tuetur, quia ex lege scripta minorem repel-
 lit ab agendo. Ipsa translatio differt, nō perimit iudiciū.
 Et ut alio exemplo res pateat: lex est, instantiam nisi in
 tratre annos finiatur extingui. petij à te fundum† et
 + in tres an tres annos litigauimus: iam perfecta translatione te tue-
 nos. ris, instantiam cecidisse. Hæc translatio perimit instantiam,
 non iudiciū. Item lex est: quod causa iniuriarū an-
 no finiatur. ego post annum experior iniuriarum. Tu
 perfecta translatione te tueris, quod causa extinguitur. ¹⁰
 & hæc translatio perimit iudicium. A moribus, omni-
 no paribus exemplis niti possumus: quando consuetudo
 est lex non scripta. A pactis, id est, à conuentione. Fin-
 ge creditorem mecum fecisse pactum, ne unquam debitum
 petat. is postea petit. iam ex pacto ab actione repellitur:
 quæ translatio perimit causam ui exceptionis, obligatio-
 nem non perimit. quæ tamen sunt subtilia, & luce ciuili
 fusi tractantur. A rebus iudicatis quoq; fluit trans-
 latio. Finge te succubuisse per sententiam, cum nauem à
 me petieras. tu iam tabulas nauis petis: iam repelleris ²⁰
 translatione perfecta, per locum à re iudicata. non po-
 test agere ad tabulas, ad partē, qui in toto succubuit, per
 sententiam l. Si ex toto. ff. de exceptionibus rei iudica-
 + causam tæ. hæc translatio etiā perimit & enecat iudicium. Im-
 perfectæ translationis loci à circūstantijs sumuntur, +
 absolute non consistunt: puta à loco, causa, qualitate, tem-
 pori,

pore, & persona. et dicitur ideo imperfecta, quia nisi ex
 trā sumeret adiumenta à circunstantijs, in se fragilis es
 et. A loco: ut si citatus ad locum pestiferum, negat se
 comparere propter pestem posse, uel propter pericula.
 Hec translatio nihil efficeret, si loci periculo nō adiuua-
 retur. Sic si iudex priuato loco sentētiam ferre perget,
 negas alibi quām in tribunalī sententiam te suscepturnū.
 Hac translatiōe usus fuisse uidetur Cic. pro rege Deiota-
 ro: ubi conqueritur, non decere coram Cæsare causam
 10 dicere, sed in basilica, in foro. A causa sumitur locus,
 ut si cause natura sit eiusmodi, quæ non debeat tractari
 coram minore iudice, sed coram maiore. Fab. dat exem-
 plur de fideicomisso, si hoc petatur corā prætore: nam
 à consule uel coram consule peti debet. quod tunc fortas-
 se poterat uerum esse, sed iure nostro cauetur, fidei com-
 missa coram prætore peti. Et in hunc locū puto includi
 exceptionem fori: ut si clericus conueniatur coram laico
 iudice, iam declinavit forū hac imperfecta translatiōe.
 sic seruator noster ad Herodē, & ab eodem ad Pilatum
 20 remissus est. Hi duo loci differunt iudiciū, non perimunt.

A qualitate: hic locus fusius & latè patet. nam omnis
 ineptitudo libelli in hunc locū uenit: item et ordinis per-
 uersio, deformitas processuum. ut, si petas decē causa mu-
 tui, et tamen erat depositū. Si contra plures coniunctime
 agas, quos separare debueras. qui est etiam locus recusa-
 tionis. uide quæ supra lib. 1. à principio coniecturalis di-

ximus, quæ hic repete. Itē si libertus patronū, discipulus
 præceptorē, phasallus dominū, filius patrē, sine uenia in
 iudiciū vocauerit, uel famosum iudiciū cōtra eū institue-
 rit: tūc ab agēdo repellitur, quod modo et qualitate incō-
 petēti egerit. in quē locū multa includi possūt. Hęc trās-
 latio perimit instantiā, nō iudiciū uel causam. A perso-
 na locus translatitiū sumitur, cū persona litigans impu-
 gnatur, tanq nō apta. Ut qui alterius nomine experitur,
 cū nec tutor, nec curator, nec procurator sit. hac tralatio
 ne usus est Hannibal, cū qdā bellicarū rerū expers apud 10
 Antiochū de bello disceptaret. nā eū reiecit Hannibal, tā
 quā non aptū. Sic Turnus apud Verg. in 10. Drancē reie-
 cit, cui frigida bello Dextera. Hoc statu usi sunt Iudei, cū
 Barraba petitō Seruatorē reijceret: et cū diceret, se nō
 habere regē nisi Cæsarē. A tempore: ut cū arguitur ali-
 quis, illicito tēpore rem patrasse. ut nō licet tibi curare
 sabbato: itē nō in die festo, cū similibus. Sic qui adulterū
 occiderat ex interuallo, in foro fortē, uel in tēplo: accusa-
 tus homicidij, si se defendat ex statu assumptiuo, ex rela-
 tione criminis, quod adulterū occiderit: iā translatione 20
 imperfecta urgetur, quod nō licito loco eū interfecerit,
 nec licito tempore. poterat enim domi suæ, et in flagrati
 criminē, nō ex interuallo, uel in foro, aut templo occidis-
 se. itē qui cōtradicit statutis nostris, postquā erecta sunt,
 repelletur: quod alio tempore debebat, ant equam erige-
 rentur. Sic olim trinūdino, id est, tribus nūdinis promul-
 gata

gatæ sūt leges, quo tēpore licebat cōtradicere. post trinū
 dñm̄ rogabatur lex, quo tēpore nō licebat contradicere.
 quæ didicimus ex Varrone Halycarnasseo, et ex prima
 Philip. Cic. Quæ de tēpore diximus, etiā de loco exaudi-
 te. nā possunt argumenta sumi à tēpore ad locū, ut dicit
 Iur. cōs. in. l. uinū. ff. Si ceriū peta. Aduertendū est in his,
 q. status translatius per locū à tempore, et à loco dupli-
 citer intelligitur. aut cū occasione tēporis et loci ex lege
 nitimur, tūc dicetur perfecta translatio. aut cum utemur
 10 tēpore et loco, tanquā circumstātia extrā sumpta pro ad-
 iumento, tūc dicetur imperfecta trāslatio. Tēpus et locus
 ex quibus lex fundatur, nullā facti nec implicat nec præ-
 stat cōversionē. ut lex est, possessor pacificus decē anno-
 rum dominus esto. Finge: actor fundū petit, per me decē
 annos posse sum: ego eū repello lege, quia ex lege iā fa-
 cius sum dominus. hic nō confiteor te alias esse dominū,
 si non decē annis possedissem: nō sumetur argumentū à
 contrario sensu, sed simpliciter legi nititur, in quā funda-
 mur, et nō in tēpus. Aliud exempl. Lex est: iniuriarū cau-
 20 sa intra annū non tentata, extincta esto, impetrator à te in
 iuriarū post annū. iam repelleris translatione perfecta,
 ex lege, quod causa iniuriarū tēpore sit extincia. Per hoc
 non intelligor cōsideri iniurias, etiā si annus nō esset fini-
 tus. Cæterū tēpus quod uenit ex circumstātia, implicat cō-
 fessionē facti, si ante tēpus res fuisset facta. ut, poteras fla-
 grati criminis interfecisse adulterū, ex interuallo nō po-
 tes. Sic cū Saluator dixit: Domus mea domus orationis

est. significabat alibi posse uendi, nō in templo. Ediuerso
 cum lex dicit, conuenticula non licere in templo. l. Con-
 + ad tem- uenticula. C. de Episc. & cle. Hic se lex non arctat + ad
 pus. templum, tanquam ad circumstantiam: quia etiam extra
 templū non licet habere cōuenticula. proinde erit trans-
 latio perfecta in hac lege. Et in summa, quandounque
 tempus & locus ueniunt per circumstantiā, quia faciunt
 illicitum, quod alioqui esset licitum, tunc est imperfecta
 translatio. sed quando tempus in legem incidit, & nihil
 nisi legem respicit, tunc dicetur translatio perfecta. Et 10
 sic in materia nō differūt, perfecta et imperfecta: sed ex
 forma. quia aliter in lege, aliter in circumstantiā. ex prio-
 re non sumitur argumentum à contrario sensu, ex poste-
 riore sumitur, cæteris paribus. Hi duo loci per circūstan-
 tient. tiam à tempore et loco uehemētes sunt, & iugulū + præ-
 bent aduersario. Quapropter locus à ratiocinatiōe con-
 munis est accusatori et reo. & comitatur accusatorem,
 ut uehementius urgeat reum, ut uim illorum locorū ex-
 tenuet. dicet etenim: Quid maximopere attinet adulter-
 ū etiā in foro occidisse, qui nec terra nec luce dignus est? 20
 nempe turbator pacis coniugalis, dissipator diuinæ do-
 mus et humanæ. quid attinet in templo eū occidisse, an-
 te deos immortales? nempe pulcherrimum spectaculum
 dijs, quorū mysteria, quorum sacramenta sacrilegus il-
 le uiolauit. Incidunt etiam alij loci in hoc statu, quos ex
 Trapezuntio disce. nos enim finem facimus.

Num alio quærente.)

HOC est, inquirente. Ethoc in criminalibus, in quibus inquiritur, in quibus habentur quæstiones: de quibus diximus suprà in coniecturali. Si forte non competens iudex inquireret, uel aliter exponeret, et subtilius, cum alio quærente, id est, inquirente: ex hoc in qua rela inofficio*s* testamenti nominatur in l. t. Equuleus. S. finali. ff. de inofficio*s* testamento. ubi aliis querebatur de inofficio*s*, quamvis qui debebat.

^tPosthu-
mus. §. fi.

S T A T U S R A T I O C I N A T I O N I S.

Vltima legitimarū cōstitutionū est ratiocinatio, quam syllogismū nominat Fabius. Hęc est uerē cōstitutio legitima. hoc enim statu id quod leges scripta doceri non potest, argumētis à lege sumptis firmatur. Ex à scripto ex uoluntate eo differt, quod illic scripta lex et uoluntas controuersiam faciunt: hic ratiōnes ex argumenta ex scripta lege sumpta. illic scripto et uolūtati uel nitimur uel oppugnamus: hic per argumenta ex ratione*s*, quae à scripto et uoluntate trahūtur, controuersiā tractamus. In summa, procedimus à similibus ad similia. Sume exēplū suprà ex primo libro. Malleolus interfecit matrē, et antequā dānaretur testamentū fecit. Qui testamentum oppugnant, non habent legem: qua se fundēt: sed à ratiōe legis iuuātur, quae habet, fūriosum

In causa ra-
tionali.)

riosum testari nō posse. at hic Malleolus licet non fuerit
furiosus, tamen similis furioso, ut merito ea lex contra
eū pugnet. Ediuerso non fuisse furiosum Malleolum, li-
cet rem furiosam fecerit: unde ius ei fuisse testandi per
aliam legem, quæ suprà lib. primo est allegata. quæ lex
licet de patrefamilias sano & sibi ipsi cōstāti loquatur,
posse tamen etiam Malleolo suffragari sumpta similitu-
dine sanitatis. Hæc ratiocinatio, ut dicit Fabius libro 7.
capite nono, cognata uel coniuncta sæpenumero est con-
stitutioni definitiæ: ut cum definimus definitione infir-
ma, nempe uiolenta, eam definitionem syllogismo uel ra-
tiocinatione fulcimus, ut sic præsens cōstitutio in defini-
tiuā sæpenumero delabatur. Lex est, uenifica capite pie-
niatur. uxor amatorium marito dedit, & diuertit. mari-
tus mōræ et absentiæ uxoris impatiens, cum rogata re-
dire nollet, se laqueo suspendit. accusatur uxor uenefi-
ciij, & definitur ueneficiū amatoriū, definitione infirma
& tuolenta: quod amatoriū dare nihil sit aliud, q[uod] uenenū
porrigere. hāc definitionē ratiocinatio iuuat ultro in-
termē. colligitur enim, in poena inferēda nihil interesse, 20
hoc uel illo poculo perierit maritus, q[uod] mala potiōe peri-
it. Ecce quomō ratiocinatio fundat statū definitiū, de se
fragile. et certe iure nostro huic accusatori subscribitur.
licet enim amatoriū non sit propriè uenenū, tamē si uel
hominis necandi causa datur, uel occidit qui amatorium
sumpsit, poena ultimū suppliciū est: ut decidunt Marcel-
lus &

lus et Paulus iureconſ. in l. eius. §. adiectio. ff. ad legem
 Corneliam de ſicarijs. Et l. Siquid alicui. §. qui abortio-
 nis. ff. de Pœnis. In hoc ſtatu accuſatus legis uiolatæ, ne-
 gabit accuſationē, quod nec ſcripto nec uolutati legis cō-
 traſcerit. Verū accuſator argumētis et rationib. colligit
 legē eſſe offensā: haud dubie legislatorē ctiā hunc caſum
 prouifurū, ſi eius meminifſet. quæ rationis collectio in iu-
 re noſtro eſt uehemēs, et ualde neceſſaria, ſuper qua nit̄
 tur Iureconſ. in l. mulier. §. grauidas. ff. ad S. C. Trebelli
 10 anū. et ubiq; hæc ratio locū habet, tūc dantur utiles a-
 ctiones ex lege: licet nec uerbo, nec mente Iureconſ. id ua-
 luerit. In hoc ſtatu ratiocinationis rationes et loci ſumū-
 tur à ſimilibus, ut dixi: ab unitate ad pluralitatē. ut lex
 eſt, tyrānicida p̄r̄miū quod uolet optato. duo interfice-
 rūt tyrannū, an utriq; debeatur p̄r̄miū? Itē à priori ad
 posterius, à maiore ad minus, et è diuerso: à toto ad partē,
 et è diuerso: à genere ad ſpeciē, et omnino à locis Diale-
 cticis argumenta ſumūtur. Finge legē eſſe, quod i cefi dā-
 nata p̄cipitetur ſaxo. mulier p̄cipitio data uiua ma-
 20 net, an ad pœnā repetatur ex lege? lex eſt, fratrū diuifio
 rata ſit. ſorores diuiferūt: quid iuris? lex eſt, à meretrici-
 bus natus ab honorib. arcetor. qdā ex proba muliere na-
 tus eſt, quæ poſtea eſt facta meretrix. lex eſt, ſenatoris
 filij habeāt priuilegia: cōcepta eſt proles ſenatori, ſed na-
 ta poſtq; ſenator ordine motus eſt. Et infinita id genus.
 In hiſ oib. caſib. ratiocinabimur hac p̄r̄ſeti cōſtitutioe.

DE IURIDICIALI ABSOLVTA.



E iuridicali constitutione orsuri, meminisse possumus, suprà ex Fabio dixisse, aliquos status esse rationales, alii quo legales: cum nunc de legalibus dixerimus, tractādus nobis occurrit statutus rationalis, qui et generalis nominatur. quia non an sit factū, et quid sit, sed quo genere res sit, queritur: iusta ne sit, an iniusta. Eius qualitatis ratio quia inuestigatur, rectè rationalis dicitur. quæ rationalis cōstitutio in duas partes diuiditur: est enim quædā negotialis, alia iuridicalis, secundum Ciceronem lib. 2. ueteris Rhetor. et Trape. lib. 2. Negotialis ideo dicitur, quia negotia magna ex parte, quæ futura sunt, uersat, cum deliberat, faciūndum ne sit aliquid, an non faciūndum, si Trapezuntio credimus. Quapropter negotialis magis respicit genus deliberatiū, iuridicalis plus ad iuridicale accedit. Cicero in ueteri Rhetorica dissentit à Trapezuntio, et cū utrisq; parum conuenit Georgio Vallæ in lib. de Rhetorica. Fabius eius constitutionis non meminit, quantū ego uiderim. Nos ex Rhetoribus quos legimus, putamus duo esse genera negotialis constitutionis. Primum dum super honoribus, præmijs, cōmunerationibus, ornamentiis aliquorum, apud magistratus tractatur. ut, sit ne dignus Cæsar, cui perpetua dictatura cōcedatur: An' ne Octavianus

tauianus meruerit dici pater patriæ, debeatur ne uiro
 forti præmiū, et si quæ sunt similia. In qua re si contradic-
 tor accedat, iā uere est status negotialis. Secūdo puto,
 statum negotialem colligi ex officio nobili magistratus,
 quandocumque magistratus acceditur sine figura iudicij,
 ut cum alicui ex bono & aequo, ex ratione subuenitur,
 qui lœsus est: ut cum petitur aliquis restitui in iura pri-
 stina. Ex hoc genere status negotialis emergunt edicta
 prætorum, quæ ex officio nobili publicata sunt, ex natu
 rali aequitate. quod non memini usquā legere, nisi in Ge-
 orgio Valla, lib. prædicto. qui tamen à remotis & alio
 fine hoc significat. Ex hoc genere negotialis status e-
 mergit hæc saluberrima clausula prætoris: si qua mihi
 iusta causa rem, per quam maiores lœsi restituuntur l. 1.
 ad finē ff. ex quib. causis maiores, &c. Cicero in ueteri
 Rhetorica, negotialem statū aliter tractat, et nescio an-
 bene: ut merito ipse in libris de Oratore, ueterem Rheto-
 ricam reuocarit, ut quæ sibi adolescenti exciderit. Quæ
 propter quæ ibi tractātur, non morabimur: nisi quod lo-
 cos ibidē eleganter deductos huc mutuabimur. Georgi-
 us Valla egregiè dicit, pleraq; omnia themata Rhetoriū
 in declamationibus esse subiecta huic statui negotiali: q.
 est notatum dignum. Fabiū hodie inueni lib. tertio cap. 8.
 qui negotialem à iuridicis illi eo diuidit, quod in illa & quā
 & bonū, appetendum & fugiendum, sine personarum
 complexu queratur. ut, an diuitiæ superbiam pariāt. At
 o hoc

h.ec personas interserit, an Crassus ob diuitias sit factus superbus? Et quanto plus quæro, tanto magis uariare Rhetores hoc loco inuenio. Ego negotiale ea moneta expendo, quæ supra cuditimus. Autor noster ex refacit, negotia lem tacendo, contentus sola iuridicali, ne inexplicabiles Græcorum Labyrinths incidat. Et habet rationem processus autoris nostri, quod utræq; constitutiones eisdem locis tractantur. Vnde ad iuridicalem procedimus: quæ ideo ita nominatur, quia partes iuris ita uersat. nā in ea non quæritur, an sit factum, nō quid sit factum: sed quale sit factū. Et differt à statu legitimo, qui ipse ius tractat, quia in eo statu super intellectu legis cōtrouertitur. hic lex tanquam non cōtrouersial locū facit, non statū. Est ergo iuridicalis constitutio duplex, absoluta & assumpta: in absoluta rem per se defendimus, iustè factam: uel accusamus, factā iniustē. quæ ideo absoluta dicitur, quia ex suis ipsa uiribus nititur, nihilo adiumenti extra sumpto. Ea partibus iuris cōsumitur: quæ quia in autore nostro enarrantur, textum uideamus.

Constat igitur ius ex his .)

20
IU S ergo de quo tractat cōstitutio nostra, primò natura cōsistit. Naturā Cic. dicit in veteri Rheto. ius esse, quod non opinio, sed quædam nobis innata uis inse ruit. quod & Cicero in alias elegantes subdividit parti culas, religionem, pietatem, gratiam, uindicationem, ob seruan-

seruantiā ueritatem. Religionem Cic. dicit uim esse in- Religio
 sitam, quæ deorū ueneratione & ceremonijs hominem
 ducat. Ut accusatur Lutherus, quod à communib. eccl-
 esiae ritibus abhorreat, contra omnium sensa nouas affer-
 tiones introducat. Is se iustè fecisse dicit, loco sumpto à re-
 ligione, quod Dei honorem et uenerationē afferere per-
 gat. Pietas, teste Cicerone, est, quæ erga patriā, aut Pietas:
 parentes, aut alios sanguine coniunctos officium serua-
 re moneat. Ut exul proscribitur, iuramento adactus, ne + ante ann.
 10 unquam redeat. is in patriam redijt, ut eam hostilis in- num.
 curSIONIS admoneret. Accusatus periurij, iustè se fecisse
 contendet, per locum à pietate sumptum: ut qui patriæ
 opem qua poterat tulerit. Sic cum Pomponius tribu-
 nus diē dixisset L. Manlio Torquato, ob certa crimina:
 Manlius filius Tribunum gladio exerto cōterruit, ut pa-
 tri diem relaxaret. Historiam habes apud Valerium lib.
 5. Finge Manlium accusari maiestatis, quod uiolarit Tri-
 bunū: iam iustè se fecisse dicit, nēpe ob patris pietatem.

Gratia est, quæ in memoria & remuneratione officio Gratia:
 rum impensorū consistit, & per quā amicitiæ conserua-
 tur. Hoc est quod in iure nostro dicimus, eū qui officiū, id
 est beneficium acceperit, naturali obligatiōe ad antidota,
 id est ad gratuitā uicē, q̄ hic gratia nōinatur, teneri. Fin-
 ge libertū patrono pecuniā pro obsequijs p̄ errorē præ-
 stitisse. libertus hāc pecuniā repetit, tāq̄ indebitā, ut qui

patrono nihil promiserit: patronus iustè soluisse dicet, nempe in gratiam recepti beneficij libertatis, ut est elegans textus in l. Si non sorte. §. libertus. ff. de cōditione indebiti. Ea igitur gratuita uicis reddēdæ obligatio tā tū efficit, ut cū à rep. legatus mittitur, cui (ut assolet) sumptus dantur itineris: is, cum nihil in itinere expendisset, quod ubiq; amicorū hospitijs exhibitus est sumptus, tamē imputabit reip. ac si expēderit. is si accusetur peculatus, iustè se fecisse dicet, qui sumptus imputarit. nam teneri eum ad paria hospitibus, uel forte paria fecisse dicit. Et excusabitur obligatione gratuita, per locū à gratia sumptū. de quo habes elegans argumētū in l. Idēq;. in fine. ff. mandati. Vbi licet creditor fideijussore liberet gratuito, debitor tamē cogetur sarcire fideijussori, ac si pro eo soluisse. Ista mutua gratitudo nominatur permutatio, in l. Sed & si. §. consuluit. ff. de petitione here

Vindicatio. ditatis. Vindicatio: per quam uim & contumeliam defendendo, aut ulciscendo, propulsamus à nobis, & à nostris, qui nobis esse chari debent, et per quā peccata punimus. Per hunc locū defendet se Orestes, quod matrem in 20 interfecerit: nempe patrem uindicauit, & puniuit delictū. Sic miles Marianus accusatus homicidij, quod cognatum Marij consulis interfecerat. nam se iustè fecisse, ut qui propulerit à se stuprum illatum, & delinquentem punierit. Per hunc locum defenditur Phinees Israëlita, qui interfecerat Iudeū cōgressum cum Moabitide. nam peccatum

tum puniuit, et auertit furorem domini. Observantia: Observatio
 per quam ætate, aut sapientia, aut honore, uel aliqua di-
 gnitate præstantes reueremur & colimus. Sic excusan-
 tur serui Iudæorum, cum manus nō inieciissent in Serua-
 torem nostrum: quippe qui reueriti sunt eximiam homi-
 nis dignitatē. Sic excusari poterāt milites Marianī, qui
 bus datum erat negotium, ut M. Antonium oratorem in-
 terficerent. nam dignitate hominis conterriti, retrocesse
 runt, quamuis hircosus centurio eum interficerit. Ve Veritas.

10 ritas, per quam damus operam ne quid aliter quam con-
 firmauerimus fiat. ut Lutherus iussus revocare scripta
 sua, excusabit se iustè fecisse, qui ueritatem scripsierit. Hi
 sex partiarij loci locū à natura conficiunt, ut siue religio
 ne, siue pietate, & ita de alijs, defendamur, iure naturæ
 defendi dicamur. Nunc supereft, ut alias partes iuris
 uideamus. et qdē alia pars est Lex, quæ iussu populi san-
 citur. ut qui uocatus est in ius, pareat magistratui: & sic
 de infinitis alijs legibus. Quo loco noueris, paria dici
 de plebiscitis, de senatuscons. de prætorū edictis, quo-
 20 rum originem suprà negotiali cōstitutioni attribuimus:
 quod & Cic. in veteri Rhetorica facit. processus uero e-
 dictorum tanquā lege explicatur. Item & legis nomine
 cēsentur, quæ per imperatores constituta sunt: et præte-
 rea, quæ sibi quæq; ciuitas statuit, quæ omnia sub legem
 includuntur. Per hanc partem iuris, scilicet legē, is defen-
 ditur, qui se iustè fecisse dicat, nē pe lege uel statuto secu-

Lex.

Cosuetudo. rus. Consuetudo, tertia iuris pars, eadē qua lex auctoritate ualet. nam quae uis est legi scriptæ, ea est consuetudinis, quæ est lex nō scripta. Autor noster ponit exemplum: **ad pensum** Si id quod argentariot expensum obtuleris, ab eius socio repetas. hoc enim consuetudine receptū esse, Cicero hic docet. q̄ potest procedere in argentarijs. Cæterū si apud duos pecunia deponatur, uel apud alterū ex socijs, ea pecunia lege repeti potest, nō cōsuetudine, ab alteru-
Argētarij. tro socio l. i. §. si apud ff. depositi. Argētarios aut̄ esse q̄ publicis præsunt mensis, apud quos et pecuniæ deponū tur, & quorū officium est inscribendi rationes in actiōnibus, et in alijs hominum contractibus, uulgarū est. hoc de Hortēsio scribit Seneca in l. lib. Declamatiō. Is enim cum sedisset in foro apud argentarios, omnium quorum inscripserāt nomina ordine recensuit, tanta memoria ua-
Numu- luit. Sed numularij sunt, qui priuatas mensas habent, ut
larij. est Francofordiae & passim in Italia: nihil distantes ab
præfruun argētarijs, nisi quod illi publico munere & præficiūtur,
 tur. hi priuatis quæstibus insudant. Cæterum consuetudinis duplice esse rationem, Cic. in ueteri Rhetorica docet. 20
 quædā ab omnib. recepta est gentibus: quo genere sunt iura gentium. alia sunt, quæ ideo sunt certa quia cōsue-
 ta: sicut sunt nostræ quotidianæ consuetudines. **Iudi-**
dicatum. catum est, de quo uel sententia lata, uel decretum inter-
 positum est. Quod genus iudicati Cic. hic uariare dicit,
 quod uarij iudices diuersas proferūt sententias. nam in
 simili

simili causa M. Drusus et Sex. Iulius aliter & aliter iudicarūt, ut latius patebit in exemplis textus nostri. qua propter hæc pars iuris infirma est, si reb. iudicatis pro exemplis utimur, quod suprà in cõjecturali constitutio ne latissime declarauimus. Aequi & boni ratio ex ueritate & utilitate communi nititur: quæ tanti est, ut ius nihil aliud esse dicatur, quam ars æqui & boni. Ex pacto, quæ est sexta pars iuris, ea absoluuntur, quæ sunt in cõuentione hominū posita: pars omnium ualidissima, & quæ multū operetur. quoniam nihil est humanæ fidei magis cõforme, quam seruare quæ pacta sunt, ut dicit Iurisconsultus in l. 1. ff. de pactis. Ea duplicitia esse Cicero hic docet. quædam & si nuda sunt, legibus tamen sunt firmata: de quibus est lex duodecim tabularum, obscura satis, cuius hæc sunt uersa: Rem ubi pagunt, oratione pagunt in comitio, aut in foro, ante meridiem causam conciito. quam legem Commentatores pro suo quilibet ingenio interpretantur. Ego autem hūc puto esse sensum. Cum pagunt, id est, paciscuntur rem aliquam, paciscuntur oratione, id est, uerbis nudis. Eius pacti causam conciito, id est, tractato: in comitio, id est, in conuentu publico Romanorū, aut in foro, id est, iudicij. Vult igitur ista lex, quod quando paciscimur ea quæ * adiuuantur, legge, oratione quidem paciscimur, id est, uerbis nudis. sed ex hoc nudo pacto, quod legibus adiuuatur, actio nobis competit in foro iudicij, & in comitio. quamuis enim

Aequum &
bonum.

Pactum.

* ordinan-
tur

pactū nudum nō pariat actionem, tamen hoc non procedit in hoc genere pacti: de quo Cic. hic loquitur. & ea pacta in iure nostro nominamus legitimas cōuentiōes: quae licet nudae sint, tamen actionem pariunt. ita est textus in l. legitima conuentio. ff. de pactis. Quam legem doctores nostri miserè tractant, quia hæc Rhetorica non noruerunt. Exemplum potest ponim in pignore, quod nudis uerbis contrahitur, & tamen potest agi l. Si tibi. §. de pignore. ff. de pactis. Aliud exemplum in donatione, quæ nudis uerbis confecta, actionem parit. l. Si quis er- 10 gentū. C. de donationibus. Aliud genus pactorum est uulgatum, quod ex cōuentione hominum explicatur, præter legis adiutorium: ut sunt innumeræ conuentiōes in humano commertio. Iste sunt sex partes iuris, de quibus Cic. hic loquitur. Tu autem adde ex Cicerone in ueteri Rhetorica lib. 2. quo loco de cōsuetudine tractauit. nam alteram partem cōsuetudinis in tres partes diuidit, in pactum, par, et iudicatu. de pacto & iudicato iam diximus. Par aut̄ est non pœnitenda pars iuris. siquidem quicquid est æquabile, ciuili temperamento moderatum 20 ex iusta lance, dicitur par: ut quod ius alteri cōstituis, eo tu utere. Ex hoc pari sumptus est titulus: Quod quisque iuris in alterū statuit, ipse eodem utatur: etc. in ff. unde qui habet priuilegiū à Cæsare, ne cōueniatur intra quinque annos à creditorib. is etiā non audet exigere suos debitores. Hunc locū non cōsiderauit lex, de qua loquitur

Fab.

Fab.lib.5. Argentarius dimidium debitorū soluat, credita
 sua in totum exigat. hic enim nihil est æquabile. Sed fin-
 ge, argētarius argentariū exigit. quomodo hæc res ex-
 plicabitur? nā priuilegiū habet legis, ut solidū exigit: al-
 ter argentarius eadem lege iuuatur, ut dimidium soluat
 debiti. Et sic, si argentarius totum petit, tunc læditur al-
 ter argentarius in lege sua. Si alter argentarius dimidi-
 um soluat, tunc læditur petitor argentarius in iure suo.
 Qui nodus est planè insolubilis, & inexplicabilis. Hæc
 perplexitas dissoluitur solo æquabili, & per locum à
 pari. nam argentarius petitor remittet aliquid ex soli-
 do, et alter argentarius addet aliquid ultra dimidū, quæ
 est æqua proportio. Ex hac æquabilitate sumitur, quod
 in iure dicimus, quando duob. legatur + eadem res in soli
 dum, quia tunc concursum facient partes propter æqua-
 bilitatem. I. huiusmodi. §. penul. ff. de legatis 1.

Vt aliud aliij iudici, &c.)

tunares
 20 **I**ntrige iudices datos per prætorē, uel per aliū ex
 superiorib. magistratib. nam prætor, qui mediocri-
 bus causis interesse non poterat, ex Centūiris unū
 eligebat, qui uulgares causas audiret. nam Centūiri non
 nisi causas maiores, ut hæreditatum, tutelarum, cognati-
 onum, libertatum, et quæ forent similes, iudicabant: te-
 stis Cicero libro de Orato. 1. In causis criminalibus da-
 bantur iudices per prætorem sortito, id est per sortem:

quæ latius Asconii prosequitur, & quidam Vitellus in annotationibus: uel si bene memini, Egnatius.

Aut Consuli, &c.)

Habes hic textum elegantem, quod apud Consulem & Tribunū pleb. fuerat contentio sa iuris dictio, quod uero detur negare Iure cons. in l. 1. ff. de officio Consulum sed maiori potestate ornabatur Consules, antequam monachia inuaderet imperatores. post uix umbra relicta est.

Quod cum hærede mandati
ageretur, &c.)

Simus mandatum finiri morte. Instit. mandati. §.
Recitè. Vnde fecerat quidam expensas, occasione mandati sibi facti. mortuus est mandator. alter egit cum hæredib. mandati, ad consequendas expensas. negabant hæredes teneri, quod mandatum esset morte finitū. Hac in causa datæ sunt diuersæ sententiae inter diuersas partes. nam prætor condemnauit hæredes mandati, ad expensas & id iure fecerat: quia pro hoc est textus in l. inter causas. ff. mandati. Alter iudex non reditius, absoluuit hæredes mandatoris: & iniustè.

Vt maior annis sexaginta, &c.)

¶ tum Cognitores olim quiddam uicinū habuerunt cū procuratoribus. erat & tamen defensor plus familiaris, ut cui plus fidebatur, quam qui cognitor esset. quod discimus ex Cicerōe in prima Verrina, paulo post

pōst principium: ubi dicit, Siculos ad eum tanquā ad tū
torem confugisse, calamitatum suarum causam ei com-
misisse, fecisse cognitorē et actorem causæ. Vbi Asconius
inquit, quiddam amicus in cognitore, quām in procu-
ratore. Acron Grammaticus cognitorem exponit, pro
defensore, in secundo Sermonum Horati: Fit cogni-
tor ipse. unde erat receptum ex aequitate, quod maio-
res sexaginta annis per cognitorem, non per se in
iudicio comparerent.

10 Et cui morbus causa.)

Iure prouisum est, ut eum qui morbo sōntico impe-
diatur, non liceat in ius uocare ex sua persona: et senten-
tia contra eum absentem indefensum lata, nulla est, l.
Quæsitum. in fine ff. de re iudicata. Est autem morbus
sōnticus, qui est impedimento cuique, in negotijs pro-
prijs agendis: ut ibidem habetur.

Morbus sōnticus.

Ex tempore, & ex hominis dignitate.)

20 **E**x eo, scilicet bono et æquo. ut sit sensus: Tāti ha-
betur ratio boni & æqui, ut saepe ex tempore ui-
delicet necessitatis, et ex hominis dignitate, intel-
lige prærogata, si sit præceptæ autoritatis homo, nouū
ius ab imperatore constituatur. quod bene docuit l.i.
ff. de constitutione principis. Vbi princeps aliquando
subuenit homini digno, sine exemplo. quod dicitur no-
uum ius personale, quia personam non egreditur.

Ediuerse

Ediuerso propter hominis dignitatem & eminentiam.
 Pompo- receditur à statutis et legibus iam latis. unde dicit + Ro-
 nius. manus in l. cum quid. ff. si certum petat. quod cum Bono
 niæ sit lex, ne minor uiginti quinq; annis legat ordina-
 riæ, propter iuuenē doctorem excellētis doctrinæ recef-
 sum esse ab eo statuto: quod uoluit hic Cicero. Huic æ-
 quitati innititur Imperator in l. Sed & reprobari. §. ual-
 de disciplinatos. ff. de excusatione tutorū. ubi à lege com-
 muni eximit ualde disciplinatos, qui est textus ab omni-
 bus doctoribus commendatus. Sic & poenæ etiamenor 10
 mes remittuntur, uel mitigātur, propter homines excel-
 lentis doctrinæ, utilitatis, uel artificij: ut si ad bestias
 quis esset damnatus. l. bestias. in fine. ff. de poenis.

Quæ legib. obseruanda sunt, &c.)

Nam non obseruarentur, nisi lex adiuuaret, uel inter-
 ueniret: utpote quod nudis uerbis, nuda oratioe conuen-
 ta, fragilia sunt ad actionem parandam. Et in hunc sen-
 sum intellige obscuros & obtortos uersus legis duode-
 sim tabularum, ut suprà diximus. Maioris momenti est
 pactum inter partes, quam lex scripta. l. finali. C. de 20
 pact. dotal. l. i. §. si conuenit. ff. deposit.

APPENDIX AD CONSTITU- TIONEM IURIDICIALEM.

Postquam textus Cic. est elucidatus, aduertēdum
 est, præter partes iuris, & alios locos in hac cō-
 stitu-

- stitutione iuridicali inueniri. A personæ conditione, id est, cum qualitas personæ tractatur. Pictor enim qui se defendit ab artificio, iam qualitatem uel cōditionē personæ cōsiderat. Item à ratiocinatione, cum utræq; partes ratiocinando colligunt, quæ pro se facere uidetur. Deinde à comparatione, quando inter se conseruntur, quæ ratiocinatiōe collecta sunt. et hi duo loci sā penumero se sequuntur, & sunt communes utrisq; partibus. Item ab absoluſiōe locus, qui semper rei est, et à principio uenit.
- 10 Item à repulſiōe locus accusatoris proprius, ut qui contradicat absolutioni. Incidit et locus à definitione, sed nō semper: cū utraq; pars, uel altera + pro se definit. Alios complures locos hic recitat Trapez. tam nō necessariō, quām si in ceteris includantur. Adde tamen locos communes qualitatis & intensionis, qui in peroratione & epilogo ueniunt, ut iam sāpe diximus. Verum huiusmodi locorū tractatio non eodem modo obseruatur. nā partes iuris in hanc cōstitutiōem semper ueniunt, et ita ueniunt, ut uel depulsionem rei ratione fulciāt, uel accusato-
- 20 ris + intensione uelut firmamēto succurrāt. et erit usus corum uehemēs, si quicquid uel ex ipſare, uel simili, aut maiore minore ue cōmodi nasci potest, ex iſdē partib. is q utitur eliciat: ut eleganter Cic. in 2. ueteris Rhetori cæ docuit. Ut Orestes cū à natura se defendit, tum fortius urgebit, si à minori colligat: fratum iniurias ulcisci li- eere, quanto magis patris cædem. Sic et + Mimus contra + Mutius, poētam

poëtam Accium à simili euincet, rem illicitam non fecisse. si enim eum uoce nominauerit, quē in scriptis nomi-

* dedebeat nare + nō deceat, peccare* quidem potuit: quod nihil re-

* quid ferat, ore uel scripto proferatur nomen. Cæterū alij loci

nec in omnem cōtrouersiam iuridicalem, nec omnes ue-

niunt: sed nec eodem ordine obseruantur, ut quæ ad par-

tium iuris tractationem respiciunt. quas partes bifariam

tractari inuenio, licet à nemine obseruatū uiderim. aut

enim positione, aut remotiōe. Positione, si reus ideo se iu-

ste fecisse dicat, quod natura, lege, consuetudine se tueat¹⁰

tur, etc. Remotione, si factum ideo reus licitum defende-

rit, quod nulla nec natura, nec lege, nec consuetudine, alia-

ue parte iuris prohibetur. ut si contra eum agatur, que

rem conductam non custodiuit diligentissime. Is enim re-

us ad tales se custodiam nec natura, nec lege, nec consue-

tudine obligatū esse dicat. quæ remotiua dicitur partiu-

iuris tractatio. In primo genere postquā reus depulsio-

nis rationem à partibus iuris sumpsit, dicens se iuste fe-

cisse: quippe natura, lege, etc. munitum: quæ est absolu-

tio quædam. accusator rei defensionem per locum à re-²⁰

pulsione infirmabit, quæ repulsio conficitur dupliciter:

aut inficiatione. aut obsistētia: ut etiā diximus in conie-

tretinect eturali. Prius illud tunc + relucet, cum accusator negat re-

um ulla uel natura, uel lege adiuuari. Quo casu sepe-

numero incidere solent constitutiones legitimæ. si super-

scripto aliquo dissentiretur, cū reus ex scripto nititur.

accusator

accusator sententiam legis præfert, quæ ab reo abhorre
at: uel cū accusator contrariā legem adducat, uel dicat le-
gem à reo allegatā esse ambiguā: et sic de cæteris par-
tibus iuris. Ea in còtrouersia consultissimū erit accusato-
ri, si nolit incidere in status legitimos, ut nō ificietur na-
turā, legē, cōsuetudinē, etc. quod imptimēs inficiatio mul-
tū deformet, prematq; inficiantē. Est ergo alia species re-
pulsionis in accusatore, scilicet ab obſiſtētia. dicit enim.
Sit sanè, quod factū rei à natura, lege, cōsuetudine aut pa-
cto nō abhorreat: eo tamē modo, quo respatriata est, eoq;
tempore, loco, his medijs te hoc facere non decuerat. quod
à loco ex cōpræhensiōe colliget. Et eo fine Orestes præ-
metur, qui et si natura quadā et lege ad vindicādū patrē
propelli potuerit, alio tamē et meliori modo debuisset:
dum innititur naturæ, ne non innitendo naturæ natu-
ram offendat: et cum lege utetur, utendo in eam comit-
teret: adeoq; ut nos Iuristæ dicimus, tegendo unum altā
re alterum detegat. Vnde tutius fuisse, matri litem inten-
dere, quam manu propria interficere. qui est locus ab ob-
ſistentia, ualidus sanè et firmus, si rectè usurpetur. Et ut
res alio exemplo declaretur: Moribus receptū fuit apud
Græcos, ut qui bello uicissent, temporaria statuerent tro-
phæa. Thebani Lacedæmones cū profligassent, æneum
trophæū statuere. accusati apud Amphictiones, publicū
Græciæ cōſiliū, quod æneū statuissent: iuste fecisse respō-
derūt: nempe pro mōrib. se defendi. accusatores negant

ex more

ex more fecisse, qui æneū statuerint, cū temporaria trophæa consuetudine sint recepta: ænco autē trophæo perpetuæ inter populos inimicitiae signum præberi. Ediuerso licuisse ex æquo et bono monumēta uictoriæ posteris relinquere: per hæc enim ad præclara facinora accendi posteritatem. Hic locus à ratiocinatione incidit, cum partes pro se rationes colligunt: illic non licuisse æneū, hic licuisse. Incidit etiam locus à cōparatione, utpote quod accusatores cōtendent, maioris esse damni, perpetuæ inimicitiae relinquere uestigia, quam pro sit uictoriæ monimenta posteris relinquere posse præclara gesta in annales inscribi, non ita conspectui ad emulationē subijcere. Et in hunc modum complures tractabis controuersias. In alio genere, ubi quadam remotione reus statum facit,

† Mutio

ut de † Mimo, q à poëta accusatus, quod eū in scæna non minauerit: potuisse dicet, et iustè potuisse, qui eo in facto nec natura, nec lege, nec consuetudine, etc. uetus sit: omnia autem licere, quæ non sint illa iuris parte prohibita. Hoc genere accusator, si firmamento usurpus, cōtendere poterit, iuris partes ea in re offendit facile uincet, dum modo hoc liquidum faciat. Et incident etiā ea in specie litigates iterum in status legitimos, quod illa pars à scripto, à sententia alia se tuebitur. Sic de alijs statibus. Et quod in absolutā iuridicialem legitimi status incident, licet heri dixerim à nullo scribi, hodie tamen Sulpitium Victorem inueni, id ipsum eleganter docētem: de quo mihi

biblandiebar. et addo corollam: Legitimos' status per se
 nunquā uenire in controuersiam, semper esse incidenta
 les. quapropter Cicero in ueteri Rhetorica, post cōiectu
 ram, definitionem et iuridiciale, legitimos status inciden
 ter examinat, et scorsim: quod et Fabius fecisse uidetur,
 ut ita probabilis sit eorū assertio, qui tres tantum status
 ponunt principales, an sit, quid sit & quale sit: de quo
 tamē me refero ad superiora. Reuersi ad propositū no
 strum, uidemus in superiori cōtrouersia etiam incidere
 so locum à definitione: cum accusator contra leges fieri dī
 cet, quicquid ad scandalum insigniū personarū attente
 tur. Nam hoc casu incidit definitio: scandalū ne sit, pro
 nunciare poëtam in scena. Potest et per obſistentiam ac
 euſator rem suam firmare, ut si dicat, etiā ubi licuerit no
 minare nomen poëtæ, tamen non à mimo, à gesticulato
 re: nō in scena loco theatraſi, ubi populari ſannæ boni ue
 ri exponantur: nō huiusmodi ioculari, risorio, histrionē
 coq; apparatu: honestorū hominū nomina honestē esse
 & loco honesto pronuncianda, non per lndibrium. Hic
 20 locus semper est uehemens. Hac in ſpecie etiam loci inci
 dent à personarum qualitate, à ratiocinatione, à compa
 ratione. Finge aliud exemplum. Pictor cum eleganti &
 perspicua pictura in tabula cladem naufragij pinxit, set
 eamq; littori maris publice affixisset, ea pictura deterri
 tos mercatores uicinos mare uitasse. quo nomine ciuita
 tem maritimam damno affectam, quæ ex mercatorū ad

uentu commodis locupletaretur. Proinde pictor accusa-
tus uiolat e reip. iustè se fecisse dicet, pingendo quod nec
natura, nec lege, nec cōsuetudine ulla sit prohibitū. quin
imò quia pictor sit, morib. æ quo et bono licuisse ei, pin-
gere pro arbitrio. qui est locus à personæ cōditione, iun-
ctus absolutiōi. Hic accusator repulsione usus p obſiſten-
tiam imminebit reo: q; et si ex artificio ei pingere liceat,
non tamē eo consilio, ut ceteris uel ex occasione dāmni
afferat. uiuam esse poësim, picturam: ut sicut poëta car-
mine, ita pictor calamo nocere possit. Reus tamen negat 10
ex occasione prēter propositum dāmnum imputari.
Iamq; iterū incident in status legitimos, an ex occasiōe
dāmnum detur. incident etiam loci à definitiōe, quid sit
rēpub. lēdere. Accusator à factis definiet, uidelicet, qua-
cunq; occasionem præstare, ut rēpub. cōmoda minuan-
tur. reus è diuerso definiet à derelictis, nē pe lēdere rēp.
esse, in magistratum dolum cōmittere, ciuitatem trade-
re hostibus, ærarium depilare. Quem definitionis cōfi-
ctum cōmode consequetur locus à ratiocinatiōe per ac-
cusatorem, qui argumentis colliget utrumq; esse reip. dā 20
nosum, siue directe siue ex occasiōe noceas. Et potest in
his & similibus cōtrouersijs grandis concertationis syl-
ua, uerborum diuitijs & Rhetoricae præceptis consarcī-
nari. De locis communib; qualitate & intentione,
ideo supersedemus, quia iā saepe declarauimus, per eos
locos

locos qualitatem facti, & intentionē facientis uel susto-
 li per accusatorem, uel eleuari et minui per reum: illic ut
 in odium trahatur, exagerat omnia: hic ut ab odio exi-
 matur, factum attenuat qui sunt commodi loci materie
 amplificādæ. Hoc in calce non est prætereundū, in cōsti-
 tutione absoluta reum ex cōiunctis criminibus posse ap-
 peti: quæ separata statū non facerent. ut accusatur quod
 in confessu patrum semper alijs contradicat, ipse nihil
 cōsul. it. Iam si separaueris causa utraq; p se licet, coniun-
 ctō clē nō licet. quæ dicitur duplex absoluta Quo loco re-
 us contendet, ut crima separet, ac singulis ad coniuncta arguat. Accusator ē diuerso crima separari non
 patietur. nec enim ex singulis reū defendi posse, q nō nē
 si ex cōiunctis sit accersitus. In diuisionis fallacia huius
 modi disceptationes incidi, cū accusatio ad coniunctā re-
 spiciat. Et erit summa utrobiq; contentio, summus con-
 flictus, an à singulis separatis ad coniuncta liceat argue-
 re, incidentq; iterum status legitimi: quia pro utraque
 parte sunt leges, & quòd liceat, & quòd non liceat. L.
 Miles. §. i. ff. de re iudicata. et l. Scire ff. de uerb. obli. Et
 posset hac specie absolute constitutionis attentari testa-
 tor, in lectione hodierna, in l. Si mibi in fine ff. de lega-
 tis primo. Quasi non liceat coniunctim sub alia & aliæ
 conditione legatum admere, quod tamen separatim li-
 euerat. sed lex est pro reo.

DE COMPARATIONE.

Cap. V.



INITO tractatu absolute iuridicālis, quē tamen succincte, sed ut cōmodum erat, finiuimus: superest ut ad assumptioniæ cōstitutionis species ueniamus. Iuridicalem enim statū in duas partes diuidi, absolutam & assumptionā, suprà sēpe docuimus. Eius aut̄ constitutiōis assumptioniæ species qua 10 tuor esse, etiā suprà admonitū est: scilicet concessionem, remotionem criminis, translationem et cōparationem. Et licet autor noster comparationem lib. 1. ad finem suprà ultimo loco posuerit: in hoc tamē Secūdo libro eam priori sede dignatur. & rectè illud, quia in comparatione excusationis ratio non ab extra sumitur, sed ex ipso facto. et sic potius ad absolutā accedit, quæ proprijs armis nititur: quam quod sit assumptioniæ portio, quenisi adiumento ab extra sumpto non consistit: et ideo assumptioniæ nominatur. Est autē comparatio rei per accusatū 20 factā, ad eam quam accusator fieri oportuisse contendit, collatio: ut in exēplo C. Pompiliij. Cum enim à Gallis in angustias detrusus ita ob sideretur, ut euadēdi non esset locus, inita cum ducibus hostium conuentione, ita discessit, ut impedimenta armaq; omnia hostibus relinquere, nudum educeret exercitū & armatum. Accusatus Pompilius

Comparatio quid.

pilius maiestatis, defendit, satius fuisse id genus pactiois
 accipere, quam hostib. præbere iugulum. quæ merito di-
 citur comparatio, seu collatio, quod hic ex sola collatio-
 ne oriatur iudicatio, utrum fuerit melius. Loci compa-
 ratiuae cōstitutionis ita tractari possunt, ut primo expo-
 nat accusator facinus, scilicet arma, equos, ceteraq; mi-
 litaria insignia et instrumenta hostibus tradidisse, laesisse
 maiestatem reip. Deinde per locū à definitione, quid
 sit lēdere maiestatem reipu. & item à loco ab amplifica-
 20 tione crimen augebitur. Ingētem rem cōmissam esse con-
 queretur accusator. perpetuū uulnus ciuitati Romana
 iniustū. Præmet & accusator reum tertio loco, à temeri-
 tate consilij, quod ei non fuerit facultas ignominem face-
 re exercitū: et item à dolo & fraude eū criminabitur.
 deinde ratiocinando à decoro et uenusto: speciosius fuis-
 se perire iustū exercitū, quam næuis et maculis incluibile
 lib. remp. dilaceratā iri. Reus per locum ab intentiōe,
 qui est ei præcipuus, se tuebitur: quod nulla mala intētio-
 ne, nullo fraudis uel doli cōsilio, sed necessitate rerumq;
 20 difficultate impeditus hoc fecerit: proinde nō tam inspi-
 ciendum esse quid factum sit (ut eleganter dicit Sulpici-
 us Victor) hoc uel hoc loco, quam qua ratiōe, quo consi-
 lio, quo proposito. facta enim nō ex factis, sed ex causis
 faciēdis spectari oportere. Et per locum, qui diciunt à ū
 mo ad imū ante oculos ponet, illic mōtes, alibi flumina,
 post se fauces, ante se hostes imminēteis. Et defēdet sep-

locum à tuto, satius fuſſe depacisci, quām tot illustres
 & id est perire animos. Item ab infinitione, & ab generali sen-
 tentia, perniciosa m̄am dicit honestatem, qua tantus ex-
 ercitus carnificinē exponeretur: posse reparari depa-
 cionis ignominiam, at tot fortis milites semel perem-
 ptos reparari non potuisse. Reliqua ex textu melius co-
 gnoscemus.

Facilius.)

Per hoc se reus tuebitur, qui dicet fuſſe facilius ſabua
 ri tot animas, quām reipub. maculam intolerabilem af-
 ferre. nam in comparatione duorum malorum, boni
 locum obtinet, quod leuius eſt: dicit Fabius lib. 7. cap. 5.

Conducibilius.)

Q uod et ad accusatōrē, et itc m̄ ad reū referas: ut
 pote quod uterq; colliget, id quod int̄edit fuſſe
 cōducibilius. Maxime tamē reus per locum à cōpræhen-
 sione, id eſt à ſummo ad imū euincet, fuſſe conducibilius
 quod ipſe fecerit. Sic enīm dicet: obſeſſi ab hostib⁹ immi-
 nentib⁹. preſſi fauicib⁹. obſiſtente illinc mōte, hinc flumine,
 quæ fuerat pugnādi copia: quis audaciæ locus: quib⁹ ar-
 & circum mis̄ & niteremur: quā aciē explicuſſes: quas alas, quæ
 ventus cornua: quò tibi telorū, quò armorū uſus, quæ clauſus deliuſſes: non ne omni re preciosior eſt uiuētis
 anima: quæ per louē fuſſet iniquitas, quæ tyrānis, quæ
 feri-

feritas, fortis illos milites quos saluare poteras internitione dedere? his et similibus circumstantijs, ut uoluit Victor Sulpitius, et alijs, colligitur locus à summo ad imum, uehementissimus sane, si recte tractetur et opportune.

An aliorū fuerit statuendi potestas.)

Qui est locus à presumpta autoritate. dicet enim accusator: non licuisse reo statuere, utrum ex duobus esset melius: sed ad Senatū detulisse, cuius sit percute refoedera. ut sic excusari non possit, qui Senatus autoritatem ipse priuatus sibi præceperit. Sed facile diluitur is locus, cū reus in necessitatē ineuitata omnia cōfert. non enim ea deliberandi facultatē ei patuisse, cui iam iugulum imminebat: maxime quod uictoris sit legem imponere, nō uicti. Nec frustra per prudentes dici, in necessitate ad uitium urgente, quenq; sibi & dominum esse et seruum. argumēto l. Si cōstante. C. de solut. matrimo.

Deinde interponet ab accusatore, &c.)

Accusator, qui dolum et fraudem obijcit reo, ex locis coniecluralib. se fundabit. scilicet ex uoluntate & potestate, quod uoluerit potuerit reus exercitum prodere. esse enim reū hominem non integrū, natura, forma, habitu, affectione, educatione prava: studijs, factis similibus: & ita de alijs, quae diximus suprà à principio huius libri. quae conieclurē quando urgeant, ibidem docuimus.

Deinde quaeretur potue-
rit' ne uitari , &c.

*Qui est locus à prouidentia , uehemens contrā lo-
cum à necessitate: ut uoluit Cicero in ueteri Rhetorica.
Siquidem non excusabitur necessitate, qui prouidere po-
terat, ne in eum locum incideret.*

Ab defensore cōtra refelletur, &c.)

Intellige, signa suspicioneis suprà in contrariū ducta
refellentur: nēpe falsa se premi suspicioē: porro nul-
lam rem esse, quā non suspicionibus criminari pos-
sit homo inimicus: nihil firmamēti in talib. esse coniectu-
ris, si desint testes. proinde nisi quid doli probari possit,
laceat. Caeterū hæc signa & argumenta talia esse pos-
sent, quod reus grauaretur. ut si constaret hostes aliquid
reco pollicitos esse, aut clādestina eos colloquia miscu-
se, uel reum ardenti in exercitum odio id ei ignominie
comparasse: quod factitatum legitur de Appio Claudio.

Vtetur hoc loco cōmuni in eum, &c.)

Intellige locum communem, quo ad genus causæ. 20
Sunt tamen loci proprij, quo ad personam accusatoris.
nam non conueniunt reo.

Rem perniciosaū utili proponi.)

Sensus est: propter modicam reipub. & umbratilcs
laudem, que tantā pernitientiū ciuiū Romanorū afferat.
anteponi

anteponi salutem ciuiū cum modica labecula reip. quod est utile. nemo hoc æqua mente feret. nec posse animi sui propositum turpe censeri. ubi honesto consilio ductus, temporis conditione coactus, necessaria facinoris causa permotus, exercitum saluauerit. Quæ enim (dicet) iniqitas foret, perdere, quos saluare possis? Quod si uel unū in bello ciuem saluasse coronam meretur, quot coronas ei deberi, qui totum exercitum saluauerit? Et simul insimulabit accusatorem feritatis ac crudelitatis, quib[us] tot fortis milites potius perditos uellet, quam saluatos.

Quid facturi essent, &c.)

Num spectassetis Achæos, ex turri: ut est in prouerbio. non puto, propter imminens periculum.

APPENDIX AD SUPERIORREM STATUM.



X supradictis quæ declarauimus, facile Epaminundæ factū & excusari & defendi potest. Is enim cum esset dux exercitus, et terminus ducatus iam instaret, successori electio exercitū non tradidit cōtra legem, sed tenuit ducatum lege refragante. interim Lacedæmonios funditus uicit. Is si accusetur maiestatis, quod cōtra legē exercitiū tenuerit, quo casu accusator utetur loco à definitiōe, qd sit minuere maiestatē, qd sit militare disciplinā. Item utetur locis à cōpa-

ratiōe, ampliabit, ratiocinabitur. Reus èdiuerso ab intentione laudata, à successu felici, ab obtenta uictoria se excusat: & tractabuntur loci, ut suprà diximus.

TRANSLATIO CRIMINIS.



IC status pro tanto assumptius est, quia non consisteret nisi ope extrinsecus petita. ut q̄ excusat se homicidij, dicet se aliter defendi nō potuisse, uolentia alterius urgente. Et quamuis etiam hoc statu reus defendatur iuste fecisse, et ex partib. iuris forte nitatur, tamen non ex solis partibus iuris, si aliorum peccata causam non instrueret. Ut sic nō sit magna differentia inter translationē criminis, et absolutā iuridicalem. atq; adē exemplū Orestis, quod huc pertinet, illuc deduximus. Habet hæc cōstitutio acrē utrinque cōflictiū. nā accusatoris loci sunt uehemētes. primo exponet: deinde intentionē rei repellet p̄ locū ab obſistētia, cui subiugitur locus à cōparatione: item raticinatio, qua accusator reū præmet ab absurdō: item locus à contemptu iudicij, uehementer strenuus, quæ omnia exēplo patebunt. Accusatur Orestes, quod matrem interficerit. Is se defēdit coactū crimine matris, quæ auxilio Aegisti adulteri parētē interficerit. hic accusator urgebit repulsiōe ab obſistētia. Sit sanè q̄ mater parētē interficerit, nō propterea matrē debebas occidere. sic. n. criminā nō excusari,

cusari, sed multiplicari. Porro non erat tantū facinus matris, quantū tuū est. hæc enim irritata, quod Agamemnō Iphigeniā filiā immolarit, q̄ amasset Cassandra, etc. facile posse mulieres talib. rebus irritari. Tu uero quā causam interficiēdæ matris habuisti, cui sūmā pietatē debueras? qui est locus à cōparatione. Deinde cū mater cædis culpabilis fuisset, patebat locus iudicij. hāc uia eū tu cōcepseris, & tua autoritate tibi ipsi iudicaueris: quō iam in iudicium crimē matris uocas, q̄ locū iudicij à principio deseruisti? Hic locus ē ualidus, teste Cic. in ueteri Rhet.
 Possunt addi loci à definitiōe: ut nō uindicta parentis, + cum sed latrocinii sit facinus Orestis. Hic accedet loci cōmu-
 nes, quod si ea licetia cōcedatur, ut de indēnatis supplici
 um sumere liceat, se se sine iudice uidecare: quō tibi cū iu-
 dicijs? quō Areopagus? quid forū? quis tādē cædiū finis?
 quæ ciuilis cōunionis trāquillitas? Hic defensor primū
 à causis facinoris se tuebitur, non tā facta quam causam
 inspici oportere. Itē ab intētione se fūdabit. armabitur à
 pietate, ut nihil minus q̄ latrocinij uel parricidij facinus
 inīderit. Porro p̄ locū ab opportunitate, amore, pericu-
 lo, se potenter defendet. s̄æpe enī prærip̄ facultatē uindi-
 cādi criminis, si semp ad iudicia sp̄ecies, licere etiā iure
 scripto sine iudice se se uidecare, ubi mora sit allatura pe-
 riculū deniq; potetiā matris, familiā, patrocinatores + & clien-
 teri potuisse, & ne per sordes, ne per gratiā iudices telam-
 mouerentur. proinde iudicij aleā non cōtempſisse, sed
 opp̄e

opportūitate fuisse usū. Nec ipse crimē matris in iudiciū deducā, ut sup eo iudicetur: quia manifesta nō egēt iudicio, sed ut extēplo sese tueatur, sese excuset. Nec sanē uerū esse, quod parricidio sese contaminauerit: sed id ipsū per purgauerit, adulterij fœditatem euerterit, domū patris deieclā erexerit, reparauerit. quæ est contraria uiolenta definitio. Haud ab simili tractatu per declamationes scholasticas accusari poterit Scipio Nasica: qui Tyberiū Gracchū sine iudicio in foro occiderit, q, legē agrariā moliretur: cū tamē Scæuola Iurecons. iudicij serie rem esse tractandam hortaretur. Cæterum Scipio: dñe, inquit, sequatur qui rempus. saluam uelit. dum enim iuri nitimus inter moras reip. maiestatem euertimus: testis Liuius. Et certe hodie iure receptū est, posse se sine iudice in casibus certis vindicare. Hoc tenore ex causa Horatiū tractabitur, qui uictor Curiatorum, cum soror unum ex interfectis nempe sponsum plangeret, eam interfecit. Quām historiam luculente tractat Cicero hoc capite, libro secundo ueteris Rhetorice.e. 10

Quæ res in iudicium nondum uenit.) 20

Contra hunc locum se tuebitur defensor Orestis, facinus matris non introduci in hoc iudiciū, ut uentiletur, utpote quod iam poena de matre sumpta sit. sed ideo hoc ~~procedetur~~ crimen retinetur, ut factum rei purgetur, nempe coacti propter hoc facinus.

Num culpam non ueniendi, &c.)

Exemplum habuisti de milite, qui ad diem cōmeatus De necessitate
nō affuerat. is se necessitate impeditū dieet, ut fluminis tudine.
fortasse, uel itineris difficultate. Si tamē necessitatē cul-
pa præcesserit, non excusabitur: ut si poterat præuidere
hunc casum necessitatis, citius commeando. quod non ta-
cuit Iurecons. in l. 2. §. Quod iam diximus. ff. si quis
cautionib. Vbi negat subuenire illi, qui sese arctauerit.

Deinde si maxima necessitati,

Ex istis colliguntur quatuor loci, à culpa antecedenti
ti, à negligentia, à proposito, ab impertinentia.

Nam qui se propter uinum, &c.)

Hec sentētia sumitur à loco ab infinitione, sive
quælibet alia moralis sententia: quæ non solum
respicit thema propositū, sed omnem casum im-
prudētiæ, quā culpa præcedit. ut si ebrius noctu in puel-
lam incidens, eam uiciet: defendet se imprudēter fecisse.
aut eam impudentiam culpa, id est ebrietas præcesserat,
quæ uiolentia in iure nostro excusat quidem à capitale
supplicio, sed ab extraordinaria poena non excusat.
I. aut facta. §. delinquunt. ff. de poenis. Sic excusat à cri-
mine maiestatis: ut si quis Imperatori maledixerit, hunc
impunitum uult Imperator, siue lubricū linguae, siue ui-
niū in causa fuit: id quod constituit Imperator Theodosi-
us int.

Quintil. li. us in l. Unica. C. Si quis Imperatori maledixerit. Hoc iā à uetus tempore fecerat Pyrrhus, ut docet Plutarch. in
6. cap. de uita sua: qui cum iuuenes per ebrietatem mala de rege lo-
risu. quitos de praebedisset: at iij iuuenes respōdissent, futuriū ut peiora loqueretur, si plus uini habuissent, dimisit eos.

Non odio, non crudelitate,
sed officio, &c.

De depreca- **S**ic se defenderat Horatius, cū interfecisset sororē
tione. apud T. Liuium. Sic Cic. defenderat Q. Ligarium,
 quod non odio Cæsarī mansisset in Africa, sed recto et bono studio, Pompeiū et ciues Romanos sequendi. et in iure nostro parcitur delinquenti, si dolo careat, imò & peieranti. l. Qui iurasse. ff. de iure iurando.

Si tali de causa alijs quo-
que ignotum sit, &c.

Vt M. Marcello, quem Ci. ero pro Ligario Cæsari exhibuit, ut pari cle mentia effunderetur in Ligarium, qua in Marcellum.

APPENDIX AC DEPRECATIONEM.

Que ab ali- **E**T in hoc statu deprecationis (si saltem status est, qua ciui- sicuti non est) nouē locos colligas. Primo ab offe-
 fate. ciorū excessu, secundo à uita inculpata, deinde à nataliū splendore, quarto à spe utilitatis futuræ, quinto à digna retaliatione māuetudinis per eū exhibitæ, sexto à remo-

à remotione fraudis, septimò à lapsu officioso, octauò ab exemplo. Et ultimò à sublata periculi formidime.

Aut in rem, &c.

Vt si heres iussus facere sepulchrum in æde sacra
Dianæ, prohibeatur plebiscito, quod uetat, ne eò loci quis
quam se pelliatur.

De remotione
criminis.

Primum, potuerit ne tantum, &c.

10 **I**ste est locus uehemens, quo urgetur reus: cū dicimus
nō potuisse iubere, nō fuisse tantæ autoritatis cum
qui iussit peccatum tantum. Et hoc est etiam iure no-
stro prouisum, ut non excusat remotione criminis à fa-
cimore illico, qui paruit illicita iubenti: imò utriq; te-
nentur, & iubens & faciens. I. prima. §. Quoties ff. de
ui & ui armata. Excusabit ergo iussus Consulis uel Præ-
toris, quod et ius scriptum dicit, iuste eum possidere, qui
iussu prætoris possideat. I. iuste. ff. de acquirendis pos-
sessionibus. Item iussu dictatoris. Sic Seruilius Hala magi-
20 ster equitum, dum confodisset Spurium Melium, excusa-
tus est iussu Cincinnati dictatoris. Sic pro doctrina Iure
starū excusat is magistratus, qui iussu Imperatoris su-
spendit hominem sine ulla causæ cognitione. quod satis
colligitur in cap. Qui resistit. II. Questione tertia. ubi
sunt uerba Augustini. Nos hoc ultimū nunquam posui-
mus pro constanti, sicut alias latius disputamus.

Aus

Aut sine periculo.)

Quod fecerunt Apostoli in Actibus quinto, qui postius flagella passi sunt, quam obtemperarent iussis. principum: dicentes, magis Deo obedire oportere, quam hominibus. quod uoluit I. Cano. qui resist.

Num ea re cōcedi reo conueniat, &c.)

Hoc loco uidetur usia esse Dido, in quarto Aeneidos, cum Aeneas crimen fugae apud eam excusaturus, usus est remotione criminis: Sed nūc Italiam magnam Grynæus Apollo, Italiam Lyciae iussere capessere sortes. Cui pulchrè respondet Dido: Nunc augur Apollo, Nunc Lyciae sortes, nunc et Ioue missus ab ipso, Interpres diuum: etc.

DE ARGUMENTATIONE.



Equitur nunc de argumentatione, in qua ita procedemus. Primo, ea quæ nobis uisa sunt commodare, ex Rhetoribus collecta declarabimus. deinde textum continententer elucidabimus, usq; ad finem libri, seruato ubiq; decoro & honesto.

trespicit Quæ pars argumentationū species recipit, à scriptoribus et Græcis & Latinis, nimiumq; neglectam esse, Rheticorum præceptores conqueruntur. Fabius enim in genere, ut assolet, generalia eleganter tractat. Trabantius per uarias subiectiūculas præsentem materiam tantum non obscurat. Nos que cōmodiora uisa sunt, suc-

cindē

einque colligemus. Verum sicut multo difficilimū est accommodare rebus, expolire, ornare, quæ argumēta in locis inuenieris: ita nihil utilius in hac parte argumētatio nis facultate inueniri, res ipsa docet. Est aut̄ argumētatio, argumenti per orationem appositam explicatio. Ut sicut argumentum est ratio, rei dubiæ faciens fidem, quod à locis sumitur, tāquā à sede: ita argumētatio oratione explicat ea argumenta, quæ à locis sunt extracta. ut cum Aiace ab Ulysse interfectū esse colligimus,

Argumenta
tio quid:
+ peroratio
ni.

²⁰ mouemur per locum à consequitione: quod cū gladio cruento, ex Aiacis cadavere extracto, inuenitus sit. Hoc argumentum si oratione polita explicaueris, iam argumentatione uteris: dūmodo species, modos, formas argumentationis serues. Quod autē diximus, argumenta rei dubiæ facere fidem: necesse est, ut saltem iuris præsumptione non dubitentur. & sint licet argumēta in Rheticis probabilia uel credibilia, ut quorum oppositum uerum esse possibile sit: tamen argumentis stabitur, donec aduersarius contrarium probet: ut ita nihil differat præsum-

ptio iuris, apud Iuristas: et argumētum probabile, apud Rethores. Nā alioqui ea scire dicimur in Iure, quæ uehementi et firma opinione apprehenderimus. Perelegant textum cum glossa in l. Panthonius. §. Perduelliōis. ff. de acquirēda hereditate. Sunt autem aliqua argumēta firmiter credibilia, ut quod mater filiū amet. aliqua propensē credibilia: ut qui sanus sit, in crastinū perueni

q. at. alia

at. alia sunt credibilia non repugnāter: ut cum furti insi-
 mulatur, qui eo tēpore domi fuit. Hæc et multa elegatiā
 Fab.li.5.ca.10. Nec tamen hoc præterire possum, ut ar-
 gumentū quod alioqui fidē facit in genere, in specie nō fa-
 cit fidem nisi factū probetur. Ut cædes à te facta est: crue-
 ntam enim uestem habuisti. hic si negas uestem fuisse,
 aut habuisse cruentam, iam cecidit argumentū, nisi pro-
 betur contrarium. quod si probatum fuerit quod à te ne-
 gatū erat, tū firmius operabitur. nec enim aduersarius ne-
 garet, nisi in eo causæ cardinē locari uereretur: ut elegan-¹⁰
 ter Fab.loco prædicto, q[uod] doctrinā inter alia ponit nō ne-
 gligēdā. Quod si sint argumēta firmiora, singula tractā-
 da esse sine aliorū adminiculo: si sint infirma, multa si-
 mul cōgregari: ut si non pondere prosint, prosint nume-
 ro. hoc est q[uod] in iure dicimus: Sed si non prosunt singula,
 multa iuuāt. sic Thersites numerū, nō uitres adiecit Achi-
 uis. Hæc possunt patēre eleganti exēplo. Accusatur Flac-
 cus quod Titiū testatorem, qui eū hæredem scripserat,
 interficerit. hæreditatē Titij s̄perabas, et eam magnam.
 pauper eras, à creditorib. appellabāre, deniq; testatorē
 offenderas, uerebaris mutaturū tabulas. Occulte occidis-
 se non est quod dubitetis iudices. Hæc omnia per se leuia
 sunt, sed aggregata operantur: quod tractat Fab.li.5.ca.
 12. Nos in iure dicimus, plures præsumptiones uni præ-
 valere. at si dicas: Gladium cruentū ex cadavere Aiacis
 extraxisti Ulysses: hoc unum argumentū sufficiet sine
 suffulcro, sine tibicine, ut condemnneris. Ut in simili dixe-

rit Claudian. Numeri d̄amnū Proserpina pensat. Visis
 modicis quæ ad argumentorū usum pertinerent, que ta-
 men fusissime tractātur per Fab. loco suprā allegato: nūc
 quæ sint argumentationis species, quib. argumentorum
 ratio explicatur, uidendū. Trapezūtius decē modos uel
 species ponit, uir Græcus, ad segmēta procliuis. Nos se-
 quuti Philosophum, Ciceronem, & Fabiū, quatuor speci-
 es ponimus: ratiocinationem, enthymema, inductionem,
 & exemplū. quas species ita tractabimus, ut & alios ar-
 gumentationū modos à Trapezuntio adductos, si quid
 in eis ornamenti sit, non simus præterituri. Ratiocina De ratiocin-
 tions uocabulo Epicherema, id est, liberiorē argumen- natione.
 torum collectionem includimus, et syllogismū. Siquidē
 Cicero utrasq; argumentationes ratiocinationis uocabu-
 lo seu nomine baptizat: quod quædā sit inter syllogismū
 et epicherema uicinitas ut testatur Fab. lib. 5. cap. 10. Igi-
 tur ratiocinatio duab. explicatur speciebus, epicherema
 te et syllogismo. Epicherema Valgius Rhetor aggressio- Epichere-
 nē interpretatur, quod per eā argumentationis specie ad ma quid.
 uersariū orationis diuitijs uelut obruendo aggredimur.

Trapezunt. epicheremata alicubi ratiōes nominat, sum-
 ptas à circūstantijs: nescio an pertinēter, certè sine auto-
 re. Ratiocinatio, quā epicherema nominamus, in 5. par-
 tes distinguitur: propositionē, rationē, cōfirmationē ra-
 tiōis, exornationē, et cōplexionē: quā autor noster perse-
 cuīs, et absolutiss. argumentationē appellat. Propositione

breuiter ostendimus, quid intēdamus. Ratio doeet uerū
esse quod proposuimus, et idipsum uno uel pluribus ar-
gumentis. Rationis confirmatio, si quid infirmū ratione
fuerit, fulcit, instaurat, roborat. Exornatio per ornamē-
ta dictionis expatiatur, urgendi aduersarij causa. Cōple-
xio breuiter colligit argumentationis partes, uelut epilo-
go. Hec res ut exēplo pateat, fingamus thema de Epamī-
nūda: qui accusatur affectatæ tyrānidis, quod contra
leges exercitum tenuerit. Non arbitror Iudices dubitatu-
ros uos, quin Epaminūdas iniquissimæ et affectatæ tyra-¹⁰
nidis causa, successorem lege datū reiecerit, spreueritq;
breuis propositio. Quod ut cūdētissime pateat, cūden-
ti ratione euinco. sicuti enim is maxime bonus nominari
ciuis poterit, q legib. pareat, ut quæ sint ciuitatis anima-
ita ēdiuerso non nisi maxime malus ciuis esse intelligi-
tur, qui legib. temere cōtrauenerit. at tyranidē nemo ni-
si maxime malus ciuis affectat. Hæc est ratio, quod in E-
paminūda potissime receperitis Iudices. siquidē exerce-
tum potentē ductabat, quē audientē dicto compererat:
milites pollicitationibus inescabat: uulgū ultro auarū,²⁰
adeoq; reliquos ciues facile oppressuros sperabat, ut ita
nihil esset, quod eum in tyrranide occupanda morare-
tur. Hæc est cōfirmatio rationis. Videbat nimirū uicino-
rū tyranorū potentia diuitias, clientelas, uoluptates, sce-
ptraq; pro arbitrio dominātia: et est alioq; hominis ani-
mus ad fastigia facile propensus, maxime eorū q magi-
strat-

stratus gessere, qui inter principes uiros à iuuentā uerſa
 tisunt: ut non ociose Euripide's, ius si uiolandum sit, im-
 perij causa uiolari posse scripſerit. ut ita ſatis pateat, E-
 paminūdas cur leges, cur iura, cur reip. maiestatē tanta
 ſpreuerit temeritate. Hæc eſt exornatio, in qua poſſu-
 mus diſſidi pro ingenij foelicitate. Quare ſi nō niſi ma-
 li ciues leges contemnūt, ſi Epaminūdæ quod exercitiū
 haberet paratum tyrannidem occupare facile fuit, ſi ad
 10 tyrannidem eū dominandi libido & alia quæ dicta ſunt
 permouit: nolite dubitare Iudices, quin non alio quam
 affectatæ tyrannidis proposito, et leges cōtempſerit, et
 ſuccelforem reiecerit. Hac argumentationis ſpeciem cū
 Cicero hic non incleganter tractet, contra ordinē ſupra
 nobis propositum textum declarabimus.

Necq; incommode ad alia.)

Hæ ſunt peſtes, nimirū immorari uni rei, ſæpe reuol-
 ui ad eundum scopum, & præſtare argumenti ſeriem, et
 per præcipitium ad aliam argumentationis ſpeciem de-
 20 uolui: quæ peſtes non ſolum in argumentatione, ſed in
 doctrinarum interpretatione, & in qualibet perpetua
 oratione fugienda ſunt.

DE SYLLOGISMO.

Nunc de ſyllogismo, quem Trapezūtius uerē ra-
 tiocinationē appellat, cum ſuperius argumen-

tatiois genus collectionē appellasset. Is syllogismus trib.
potissimum partibus cōficitur: propositioē, assumptione,
et cōclusioē. Propositio qđ sit, suprā audiūimus. Assum-
ptio est, quæ ex uirib. propositiois nascitur, quæ utraq;
pronūciata cōpleteatur conclusio . In genere syllogismi
propositio frequēter uersatur in thesi, id est in infinito
ne. Assumptio aut̄ in hypothesi, quia est finitior, et ad certi-
tudinē materiæ magis adstricta. Ut nihil uiolēti est ppe-
tuū, lapidis iactus est uiolētus, non igitur ppetuus. quæ
argumētādi series in prima figura locatur in Ferio. nā
ea est natura syllogismi etiā apud Rhetores, imo in om-
ni genere doctrinarū, ut nisi ex aliqua figura formetur,
nihil habeat legitimū. Figurarum tres modos habetis nī
mirū in prōptu ac numerato, nec grauarer in singulis fe-
guris dare exēpla, si nō ea uobis essent quām maxime cō-
perta. Pulchrū autem est ex rebus moralib. ciuilibus acti-
bus, quotidiāis negotijs et cōtrouersijs exēpla mutuari:
ut ita nihil in quaq; re colligamus, quod non syllogismi
aliquā formā præferat. q, in libris cōtra Academicos dili-
gēter plerisq; locis seruauit August. Sic li. 3. ca. 16. Cum 20
omnē in modū turpe sit errare, uerū omnis homo ad er-
rorē procluīs, ergo de omnib. dubitatū, ne temere assē-
rēdo erremus. Quo argumēto se tuebātur Pyrrhonij, q
de omnib. dubitabāt. Hac syllogisādi forma etiā nos luri-
ste uti possumus, cū à regula negatiua rē exceptā secer-
nimus. Ut nulla est tēporalis obligatio, precariū tēpora-
le est,

le est, nō est igitur obligatio. quæ forma arguēdi in secū-
 da figura est, in Festino. Sic et aliter colliges: Nulla psona-
 nata religio Deo unquam placuit, D. Lāpertus Deo pla-
 cuit, nō igitur erat in eo psonata religio. Et id genus in
 nūerabilia argumēta colligas, uel inq; si possibile sit, ita
 te exerceri, ut nullus sit præmeditatus sermo, qui nō ali-
 quā habeat syllogismi formā. Hunc syllogismū Cic. ut cīe
 allegat Trapez. etiam 5. partib. absolui posse putat: ut
 propositiōis ratio, cōfirmatiō assumptioni accedat, deim
 10 de sequatur cōclusio. ut in exēplo: Quisquis est fundēdi
 sanguinis scelere assuetus, is nec fas, nec æquū respicit, dū
 iminicum ulciscatur. Si enim alijs in actib. difficile à cō-
 suetis disceditur, quomō se à sceleribus cohibeant, quos
 præter cōsuetudinē & naturæ impellit neqtia? At Vlysses
 fundendi sanguinis scelere assuetus est: quod q̄s nō ui-
 deat in sapientiā. uiri Palamedis interitu, igitur seposi-
 ta omni æquitate, Vlysses de Aiace fēc ultus est. Posset
 et hoc ex syllogismo, et similib. arguēdi series in ampliū
 diffūdi, ut et propositiōis ratio, et assūptiōis cōfirmatio
 20 plurib. ad texeretur argumētis, argumēta ornaretur am-
 plificatiōe, crebris sētētijs, subiectiōe, et multis id genus
 colorib. qd enim nō possūt oratiōis opes? at ea exercitio
 explicatur. Vbi aut uel propositio uel assūptio sit probā-
 da, materia subiecta docebit ut hic satis fiat. Tra. dū hoc
 sciueris, propositionē, quæ ex cōmuniter accidētib. sumi-
 tur, nō esse probandā, quia cōmuniter accidētia in actib.

civilib. pro ueritate habentur. ut mater est, ergo diligit filiū: licet Medea nō dilexerit. Habentur aut̄ pro ueritate, donec probetur contrarium: ut est elegans glossa in l. neq; natales. C. de probationibus. Quapropter eo loci so la assumptio probabitur. Verum si et propositio sit, fide media, tūc et ipsam ratione fulciri, nedum assumptionē: ut sic utraq; pronūciata rationem recipient. Hoc si quis uellet ad uiuum discutere, is Sardos uenaleis exhiberet: quando nihil est in probabilibus ita catholicum, quod nō de rerum conditione uariari possit.

DE ENTHYMEMATIS.

Iam Enthymemata tractabimus. Fab. lib. 5. cap. 10. Enthymema cōmentū interpretatur, ut quod omnia mēte cōcepta significet: de quo tamen nō est ad propositum. Quantum tamen ad præsentia, Fabius enthymema esse dicit, quod certam quandam conclusionem habeat, ex consequentibus et repugnantibus: qui ex enthymema uel syllogismum Rheticum, uel imperfectū nominat. Rheticum ideo, quia lasciuire potest, ex carceres formarū euagari. imperfectū autē syllogismum quod et apud Dialecticos obtinuit, ideo nominat: quia in ea argumentatione aut propositio desideratur, aut assumptionē. nec enim uspiam cōsequens facile inferri posse credo, in quo nō tacite alia oratio intelligatur. Philosophus secundo Priorum, capite penult. enthymema dicit esse

ex

ex icotis et signis. Icota intelligens, quæ sint probabilia uel cōsentanea, quod in cōsentaneū dicatur. ut quæ in pluribus facta esse, uel non esse, cōperta sunt: ut odiſſe inuidentes. Signa licet aliquando denotent rem futurā, ut rubor matutinus pluuiam: aliquando factū præcessisse, ut fumus in domo conflagrationē ostendit: in proposito tamen signa hic accipimus, ex quibus propositiones constituuntur ad aliquid ostendendum. nam ex propositio-
 num ueritas probabilis per signa ostenditur, quæ signa
 ex pronunciatis subintellectis colligi licet. hoc est quod Dialectici ueteres dixerunt, signū habitudine quadam uenire ad propositionē, quæ infertur, id est uiam sternit propositioni inferendae. Proinde Philosophus nō ociose dixit, enthymemata ex icotis et signis constare: quod enthymemata essent consentanea & probabilia, et proposi-
 tio subintellecta haberet se per modū signi. Ut sic errare mihi uideātur (si liceat aliena caſtra intrare) q̄ dicūt icota et signa re ipsa non differre. nam differentiam ipsi uidetis. Icota enim enthymematis materia, signa formā
 respiciūt. Si igitur antecedens et cōsequens in enthyme-
 mate eiusdē sint subiecti, propositionio subintelligitur, quā uos maiorem dicitis. aliàs enim medium signo non clauderetur. In enthymemate enim nō apparet medium, nisi signum claudat argumentationem, id est propositionem subintellecta. Ut homo est ratione depravatus, homo cr-
 rat igitur. subintelligitur maior, uel propositionio: Quisq̄s

ratione deprauatur, errat. cuius propositionis ueritas si-
 gno ostēditur: nam homo est ratione deprauatus. Sin an-
 tecedens ex consequens eiusdem sint prædicati, minor
 uel assūptio quæ signū habet subintelligitur, ut sapiētes
 sūt utiles. ergo Pithacus est utilis. hic subintelligitur de
 necessitate minor q̄ se habet in modū signi, ut eleganter
 scribit Faber. Subintelligas ergo minorē, quia Pithacus
 est sapiēs. Hæ argumētatiōes, ut dixi, uersātur inter pro-
 babilia: sed nō prohibet, qn habeāt etiā seriē necessariā,
 si signū ex necessitate rē ostēdat. ut mulier lac habet, er-
 go est corrupta: hoc est signū necessariū, et est argumēta-
 tio necessaria, et faciet syllogismū necessariū p̄ pronūcia-
 tū subintellectū. Subintelligūtur aut̄ pronunciata maxi-
 me ex prima figura. ut docet Philosophus dicto cap. pe-
 nult. ad finē. licet nihil prohibeat, etiā ex alijs figuris col-
 ligere (quod ipsū Philosophus ibi tractat) et propositio
 subintellecta habet se per modū signi. Sūt aut̄ enthyme-
 matis duæ species. quædā ex antecedēte cōsequēs simpli-
 ter infert, alia sub quadā pugnātiā colligit. Priorē specie
 antecedētis et cōsequētis nouistis esse latissimā: ut is ui-
 uit, ergo in crastinū pueniet. ex cōmuniter accidētibus.
 mater est, filiū ergo diligit, quāuis Medea filiū nō dilexe-
 rit. Vnde hæc species plerūq; iter probabilia uersatur, et
 sepe dedit hæreticis ansā decipiendi. Itaenī Heluid. argu-
 it Mariā fuisse despōsatā, ergo nupsisse. quod argumētū
 Hiero. elegāter ibid. confutat. Sic etiā idē Heluid. argue-
 rat:

rat: Priusq; cōueniret in utero inuēta est habere filiū, ergo postea cōuenerūt: id est cōmixti sūt. quod genus argū mēti nihil ualere declarat Hiero. cōtra Heluid. nā male inferas: Veni Car haginē priusq; pranderē, ergo prāsus sū postea. nā alterū ex altero nō ipellitur. Sēpe & in necessarijs uersatur haec species: ut pīscis pulmonē nō habet, ergo nec respirat: mulier lac habet, ē igitur corrupta. Haud absimili serie procedit illud Saluatoris, Matth. 23. Tēplo sanctificatur aurū, tēplū igitur est auro melius. 10 cet hoc enthymema occulte significet Saluator, nēpe sub interrogatiōis figura: Stulti et cæci (inqt) utrū maius ē aurū, an tēplū quod aurū sacrificat? Huiusmodi enthymema ta aliquādo subseruit, nō stringūt, quo genere frequētis sime utitur Hier. cōtra hæreticos. Sic apud Marc. ca. 12. Occidamus hæredē, nostra igitur erit hæreditas. Sic Hie. cōtra Heluid. Si bonū est uxorē nō tāgere, ergo malū tāgere, quod nihil necessario impellit. ita si diceremus: comedisse prodest, ergo nō comedisse nocet. Alia species enthymematis à pugnātib. cōtexitur, et hoc dupli forma. 20 habet. n. aliquādo negationē explicitā, aliquādo citra negatiōē pugnat. quod enthymemā negationē habet sese, includit pugnātia duplia. Sūt enī alia mediata. alia immēdiata. imediata, ut lux et tenebræ, uisus et cæcitas, in qb. semp iusta arguēdi series sum. itur, siue negatio sit in antecedēte, siue in cōsequēte. Et hoc est q; in iure nostro dicitur, posito uno ex cōtrarijs, remoueri aliud: ut hi sunt sui juris, ergo nō alieni. et ita ē diuerso: lux est, ergo non

sunt tenebræ. et è diuerso non est lux, tenebræ igitur: uera sunt quæ dicis, non igitur falsa. quia inter uerū & falsum nō est mediū, ut uoluit Iure cons. in l. Respiciendū. cum lege præcedēte. ff. Si certum petatur. Sic Paulus ad Rom. Si gratia saluamur, non igitur ex operibus. & ère gione: si gratia nō saluaremur, ex operibus igitur: quod uoluit Pelag. hæreticus. Pugnantia mediata sunt, quæ se non necessariò impellunt, ut album et nigrum: nam sunt etiam alij colores. ut nō sequitur: Albū non est, igitur nigrū. Sic stare, sedere, mediate pugnāt. nā qui ambulat, nec stat, nec sedet. Sic osorē esse, amicū esse: sic eloquētia et barbaries, non sunt mediata. nā mediū suscipiūt, que à Iurecons. nominantur subiunctiva, ut interim textū legis intelligas, in l. Hæc uerba. ff. de uerborū oblig. In eo enthymemate bifariā arguitur, aut antecedēte affirmato, aut negato. si prius illud receperis, iusta est omnifariā ar
species guendi* series. ut, oso rest, non igitur amicus: album est, non igitur nigrum: Romæ fuit eo die, non igitur Carthaginii. Sic Imperator arguit in l. optimam. in fine. C. de cōtrahenda stipulatione. item, Stephanus uidit Saluatorem stātem, non igitur sedentem. Sin uero antecedens negati ue ueniat, nihil iustē infertur. nā non iustē impellas, si dixeris, Antonius orator nō fuit eloquens, (hoc enim de se ipse fatetur 1. lib. de Oratore) est igitur barbarus. itē, Academicī disputando nō stabant, sedebant igitur: nam ambulabāt. sic Cic. in disp. Tuscul. Nec iustē induces, Pō

ponium Atticū non fuisse oforē Cæsarī, ergo familiarē
 uel amicū. nā nec amicus, nec ofor erat, si Plutarcho cre-
 dimus: sed mediæ cōuersatiōis. Et hæc sunt enthymemata
 pugnātia, in quib. est negatio explicita. Tu uero fra-
 ter, ut omnē fidei lapidē moueamus, in ultima specie en-
 thymematis pugnātis, ubi antecedēs negatur, uide si sal-
 uare posis id genus argumentationis, ut tuitū habeat + unicum
 absolute quidē, nō uero suppositiōē. Si enim ex qualita-
 te materiæ subiectæ terminos ad paritatem determines,
 et coērceas iam: et à pugnātib. mediatis, antecedente uel
 negato, argumentum sumitur. ut supposito, quod Titius
 alterutro locorū fuerit: rectè inferes, non fuisse Cartha-
 gini, igitur Romæ. Quo tēperamento saluatur illud Scr-
 uatoris nostri: Qui meū nō colligit, dispergit igitur. nā
 hæc cōsequētia ultro caderet, quod positum ex negato
 non impelleretur, nisi supponas utrosq; eidem operi cō-
 traria operatione intentos. Alia enthymematis spe-
 cies ex pugnātibus explicatur, citra negationē, saltē
 quoad figuram uerborum: quod enthymema est quam-
 maximē farinæ Rhetoricæ. hoc enim formā arguendi ad
 figurās syllogisticās non accōmodat, uel certe non curat,
 ut elegāter dicit Raphaël Regius in Fab. dicto li. 5. cap.
 10. Quo nomine & luxuriari et expatiari liceat, dum à
 natura enthymematis non recedatur. ut qui sibi ipsi nun-
 quā profuit, alijs quomodo proderit? Item sicuti tēpore
 pacis à legib. stādum est, ita belli periculo ab armis, uel
contrā

contraleges. Hoc enthymemate usus est Cic. pro Pōpeio
 Mag. Etenim, inquit, quē nūquā faceremus si pax esset,
 hēc nobis cū bellū sit necessario suscipienda uidentur. Et
 alibi Cic. pro Milone eleganti enthymemate utitur: eius
 (haud dubie Clodij) mortis ultores sedetis, cuius uitā si
 putetis per uos restitui posse, nolitis. Itē: priuatus dū e-
 rat, fastu intumuit: in magistratū sublatus qd faciet hac
 arguēdi serie Bed. elegāter usus est in Homel. cū dicit: di-
 scipulos magis tristitia de abscessu Saluatoris, quam de
 ascēsu lētitia occupatos. Et alibi: Sicut fides ē origo uir io-
 tutū, ita solidamētū uictoriū in errore persistere. Et Lau-
 retius Valla lib. 5. Elegātiarū, in proemio: quorū singu-
 la cū plurimū incōmoditatis afferūt, si desunt: quid tan-
 dē putandū est uniuersa defuisse? Hēc enthymemata ad
 excessum sub quadā cōparatiōe, uel qd dicitur, à fortio-
 tī frequentēr iſerūt. Hoctādē in enthymemate pugnā-
 tiū diligēter est aduertendū. posse ex ea enthymematica
 argumētatiōe in aliā argumētatiōis speciē deueniri, quā
 Trape. oppositionē, nos ex oppositis nominamus. que
 ab enthymemate in nihilō differt, nisi quod in eo est ser-
 mo rotatiō et curtior, in oppositione explicatiō. ut si
 hic fuisset quo tēpore homo est occisus, in suspicione for-
 tasse incidiſsem: nunc quia Carthagini fui, merito crimē
 homicidij deprecor. Et sic uariū schema species argumē-
 tatiōis hoc loco uariat, ut alio exemplo p. itere potest: Si
 tempora pacis haberemus, quis nesciret à legib. stario-
 portere

portere: nūc nos belli pericula circūstāt. ad arma igitur
 accedēdū est; nō ad leges. Sic enthymema Hier. ad Helio-
 dorū explicatur, qui dicebat: Hæreditatē expectās secu-
 li, cohæres Christi esse nō poterit. quod sic explicabis.
 Si Christi hæreditatē nō expectares, nil mirū si hæredita-
 ti seculi te inuolueres: nūc quia Christi cohæres esse con-
 tendis, quid tibi cū hæreditate seculi? Et in hāc formā o-
 mnia enthymemata pugnātia sub latiori tractu explica-
 ri poterūt: quod Trapez. pneumaticè, id est, sub produ-
 ctione spiritus fieri putat. Spiritū enim hoc loco intelligit,
 sermonis continentia et tractū, sicut alibi Hiero. contra
 Iouinianū: Vbi me defecerit spiritus, id est sermonis tra-
 ctus, ibi est distinctio. Ex hoc argumentatiōis genere il-
 lud uulgarū emergit, sicut propositum in proposito, ita
 oppositū in opposito: ut si augmenta augent, decremen-
 ta diminūt. quod sic explicabis, si aucta mihi esset hære-
 ditatis portio, & legata augerētur: nunc ergo cū ea por-
 tio sit mihi diminuta, legata igitur diminui. qua forma
 arguit Iurecons. in l. fin. §. fin. ff. de legatis tertio. Hæc
 explicatio enthymematis pugnantis, qua facies opposi-
 tionis induitur, non procedit in pugnantibus mediatis,
 cum distinctione qua suprà, nam nō iuste inferas: Si non
 essem Barbarus, eloquens essem: at quia non sum elo-
 quens, igitur barbarus. Sed finis esto enthymematis.

DE INDUCTIONE

De inductione eo differemus brevioribus quod ea ar-
 guen-

guendi species frequetissime à Dialecticis uersatur. Græci Epagogen nominant, teste Fab. et est iuxta Ciceronem
 in' ueteri Rhetorica, et alios, à reb. nō dubijs ad id quod
 dubium erat, liquida collectio. ea enim argumentatio à re-
 bus non dubijs concessis, rem quæ dubia erat approbat.
 Nec Rhetoribus satis facit uulgata definitio, quæ dicitur
 à particularibus sufficienter enumeratis esse progressio
 ad uniuersalia. quia etiam colligimus in particularibus
 dū sint indeterminata, à nō dubijs ad dubia. Exempla dia-
 lectica nō dabo, quia sunt pulueraria. Sic ergo collige: Si 10
 nauis gubernator nō sorte, sed arte eligitur: si aurigā nō
 sors, sed artis cōmendatio profert: si nec medico sors pro-
 ficit, sed artis professio: et ita de alijs: relinquuntur, nihil
 iustè in reb. administrari à quoquā posse, q fortuitu, nō
 ex arte, non ex deliberatione eligeretur. Item si equus is
 optimus est, qui est generosissimus: si pomum optimum
 est, quod generosissimum: et ita de alijs: ergo quæ opti-
 ma sunt, dicuntur generosissima. hinc argumento à con-
 sequentib. pulchre collige: Sic quæ sunt optima, genera-
 sisima sunt: homo igitur generosiss. est, non qui nataliū 20
 splendore conspicuus sit, sed qui optimus. Hoc loco tibi
 pro regula obtinebis, et notatu digna, quod ex proposi-
 tione collecta in argumēto inductionis oritur Enthyme
 manecessarium, necessitate morali. Est aut̄ argumentum
 inductionis aptissimum, ad argumenta quæ sumuntur ex
 consequentibus. Cæterū inductio tunc est uehementior,
 si sub

si sub interrogatiōē fiat. omnis enim interrogatio habet
 quandam quasi epitasin, id est, uehementiam. qua forma
 eos urget Socrates apud Platonē, quibus cum disputat:
 pro sententia Ciceronis in ueteri Rhet. ut: Nūquid is ue
 rè laudatur nauta, qui nauim bene regit? num porrò me
 dicus, qui bene curat? et ita de alijs: igitur uerè laudari,
 qui rem pub. bene administrat. Quæ inductio constat ex
 particularib. indeterminatis. hinc argumēto sumpto à
 cōsequentib. rēp. nemo melius administrat quam philoso
 phus: uere igitur laudādus philosophus. Hac specie argu
 endi si respondens subsisteret, et respōdere cūctaretur,
 ad iudicem referenda est interrogatio, pro sentētia Tra
 pezuntij: uel ipse sibi respondeat: aut certe argumenta
 tionis scriem in enūciata cōuertat. Hoc fecit Aſṭasia, pru
 dens mulier, quā Cic. in ueteri Rhet. 2 li. in exemplum
 adducit. nam Xenophontis uxorem, deinde ipsum Xe
 nophantem interrogabat: Si uicina melius habeat aurū
 quam tu, nūquid illius uelles? affensere. Nū si uestem me
 liorem: affensere. Agite porrò, nū si coniugem meliorēs
 hic substitere, quod respondere erubescerent. Quapro
 pter cordata mulier pro eis respōdet. non dubitari quim
 Xenophon optimam uxorem, & hæc optimū maritum
 habere optet. Hinc egregia hæc mulier argumento à con
 sequentib. utroſq; hortatur: si res ita se habeat, ut colle
 git: curare ergo oportere utroſq;, ut sint optimi. Quæ
 etiā est inductio à particularib. res non infrequens Rhe

toribus: ut si neq; nauib. neq; turribus, neq; agris fortui
 to quis præficitur, igitur nec reb. publicis rectores præ
 fici. Habet autem hæc argumentationis species uitiū: pri
 mo, si quæ dubia colligerentur, quæ in processu negari
 possent: unde prouidendū, ut indubitata colligātur. dein
 de si ad inductionē sub interrogationis figura factā, cau
 te & per generalia respondeas: id quod iuuenis in scho
 lis Dialecticis audiui, et aduocatus factus sæpe expertus
 sum. Cū enim interrogatiunculis separatim factis aduer
 sarius attētatur, securius est respōderi generaliter: sit sa
 nè ita, demus, sine præiudicio, transeat illud. hac enim
 cautione inductio tota eluditur. Vel tertio loco, si nō sit
 sufficienter enumeratū in particularib. ut si ars nauigan
 di manu indiget, si medicina sinc manu nihil ualeat, si ar
 chitectura manū addit, quæ tamen artes sunt: igitur o
 mnis ars manu indiget. Quarto uiciatur inductio, si ex
 sparatis colligas, & impertinentib. ut maritus regit u
 xorē, item eius bona gubernat, item eā educat, et in omni
 bus ei præest: igitur et bona eius alienat. Nam inductio
 semper habet uitiū, quoties ex his quæ sub regula sunt, ar
 guitur ad ea quæ sunt à regula excepta: ut in exemplo su
 periori. ut si ita colligas: Minor ætas inuita non adiuua
 tur: donatio in iuitū nō cōfertur: nō potest q̄s inuitus hæ
 res institui. et in summa, inuito nō datur ullū beneficiū: igi
 tur et inuitus libertatē cōseq nō potest. Sed hoc iuste nō
 infertur: quod is casus, et qdā alij, à regula sunt excepti.
De

DE EXEMPLO.

I Am exempli genus elucidabimus, non more Dialeclico, id quod tractat Philosophus: sed more Rhetorico. Græci exemplum nominant παράδειγμα, et sunt eius, teste Fabio libro sexto, capite undecimo, in omni similiū oppositione: et hoc sine discrimine. Specialiter autem in his, quæ rerum gestarum autoritate nituntur: quos et Fabius sequi uidetur. Cicero autem in ueteri Rhetorica libro primo, in materia locoru, cum tra-

20 stat locum à comparabili, tres species ponit comparabiles: imaginem, collationem, et exemplum. Imagine demonstrari corporu et naturarum similitudinem: ut apud Vergiliū, Os humerosq; deo similis. Et in 12. Turnum fractum tauro ad aram saucio confert.

Naturarum similitudo.)

C vius rei apud poetas sunt exempla frequentissima. Collationem autem in reru similitudine ponit. ut, Qui portu attigerūt, ora soluentib. tempestates prædicūt: ita qui ex fluctibus aulicis emersere, pericula denūciant his, qui aulas experiri pergūt. Hac collatione Cic. pro Murena elegatissime utitur. Exemplum uulgatū est. Sicuti simonia sacertoū religionem, ita reipu. sinceritatē ambitio corrumpit. Exemplū autem esse dicit Cic. quod rē autoritate, aut casu alicuius hominis, aut negotij, uel firmat uel infirmat: ut Saturninū

r z iure

iure cæsum esse, exemplo Gracchi probatur. Fab. collationem ab exemplo non separat, uel cōtrā Cic. Cæterum collatio magis infinitiōnem, thesīm, et generalia: exemplum magis speciē cōplectiūr. Vnde F. b. exemplū definit, esse rei gestæ, aut ut gestæ, utilēm persuadendi com memoratiōnem. Nam et res fictas in exemplum aliquan do adducimus: ut, bilingues exemplo satyri Aesopici es se uitādos. Arguitur aut ab exemplo bifariā: aut ex contrario, aut ex similitudine. Ex cōtrario usus est Cic. contra Verrem. ut: Marcellus Syracusis ornamēta restituit 10 ciuitatis, tu Verres ea abstulisti: quod genus etiā in enthymēma incidit. itē: Doctos uiros præclara gymnasia semper fouerunt, nostræ ætatis gymnasia t̄ subterūt. Cic. ad fastigia ascendit honestate, M. Antonius flagitio. Ex similitudine exempla sumuntur aliquādo simpliciter, ut suprà dixi, exemplo Gracchi defendi cædē Saturnini: aliquando ex maioribus ad minora, et è diuerso: id quod Fa bius elegāter tractat. ut: Si propter matrimonia uiolata urbes sunt cuersæ, q̄ erit adulteri suppliciū. item: Si tibicines dū ab urbe discessissent, reuocati sunt uel temulēti, 20 quāto plus principes de repu. benemeriti ab exilio sunt reuocādi: itē à maiori ad minus: Milites pro patria militare cur nō addeceat, cū id ipsum plerūq; foeminæ fecerint? Cic. hac argumētādi serie elegātissime utitur in oratione pro Milone: Negāt lucē intueri oportere eū (inquit) qui hominē occidiſſe fateatur. nec meminere stultif simi

fimi homines Marci Horatiū, qui cū sororē occidisse fatetur, populi tamē iudicio est absolutus. Et idipsum ciuitate necdum libera. Verba Ciceronis sunt ampliora.
 Hoc genere argumentationis colligere etiā futura uelut conjectura possumus: ut Dionysiu ideo se custodib. ualasse probabile est, quod tyrānidē sit occupatus: quando et Pisistratum eisdem medijs tyrannidem occupasse nouit. Absoluimus, ut puto, si non copiose, tamen pro necessitate quatuor argumentorum species. Verū quia
¹⁰ alij præterea argumentationū modi apud Rhetores inueniuntur, eos præterire non erat consiliū. Tradit autem Cicero in ueteri Rhetorica duos: enumerationē et complexionem, cuius et autor noster meminit. Trapezuntius alos duos, summīssionem et uiolationem.

Enumeratio.

E Numeratio est, in qua pluribus rebus expositiis, reliqua de quib. quæritur, per separationē necessario cōfirmātur, ut in hoc exemplo. cum probatur Titius à crimine homicidiū innocentis: quoniam sine impulsu nunquam sumitur maleficium. Vnde tu, qui Titium criminariis homicidiū, necesse est doceas, aut prop̄ter metū, aut odium, aut inimicitias, aut cōmodum, uel propter amicum aliquem hoc fecisse; sed nihil illorū probare poteris, relucet igitur innocētia. Iuristæ hoc argumētum à sufficien: i partium enumeratione nominant. Tu ue-

ro aduerte, h̄ac argumentādī speciem alio schemate posse induci, nempe per subiectionē. Ut quārō abs te accusator, quāc causa reū ad hoc facinus impulerit: Metus? at nihil unquā fuit cause, ut eū metueret. Odium? at nemo illi erat familiarior. Commodum? at non didicit ex facinoribus questum facere: & ita de alijs. Sic C. Pōpilius, de quo iam s̄epe uerba fecimus, se defendet. Nam cū tanta Gallorū multitudine circundatus essem, quid me facere oportuit? Domicare? at parua nobis manus erat, denique obsidebamur. Virtuti militum et robori confidere? at locorū angustiæ non sunt passæ, ut eorum uirtus explicaretur. Sedere in castris? at fame & siti enecti fuissimus. Castris relicitis effugere? at nō licebat, cum circumcidemur ab hostibus. Militū uitam negligere? at hoc inhumatum fuisset. Hęc arguēdi species differt ab inductione, nam inductio plurib. connumeratis, aliquid uel nō esse, uel esse consonanter colligit. Enumeratio ex partiū enumeratione separanter emetitur, nempe oppositum colitur ligit. ut diuitias Titius nec successione adeptus est: erant enim maiores sui in opes. nec donatione, nā ei nemo unq̄ fauit: nec labore proprio, semp enim segnis laborare nō poterat: nec ulla negotiatione, ut cui non erat industria: relinquitur ergo, aut furto, aut rapina cōquisisse. Habet antem enumeratio uitū, quoties non sufficienter partes enumerantur: ut Flaccus fundum non possidet pro h̄ere de, non pro dote, nō pro emptore, nō pro legato, nō pro dona-

donato: igitur iniuste possidet. Hæc argumentatio sonat uitium, quia poterat pro suo possidere. Sed de hac specie autor noster etiam differit, ut in textu videbimus.

Complexio.

Complexio est bicorne argumentū, Græci uocat̄ dilemma, iuristæ cornutū syllogismū, satis illa to uocabulo. Hæc autē argumentationis species uehemens est, rectè sumpta: ut quæ utrinq; aduersarium sternat, alterutrum uel firmauerit, uel negauerit. ut sciebas quid erat futurum, aut nesciebas: si scisti, in culpa es quod nō admonuisti: si nescisti, cur nos ignoratiē cōdeme nas, qua et tu inuolueris? Hac cōplexiōe catenus oppositas oportet esse interrogatiōes, uel extrema argumenti, ut quicquid præterea dici, euadi, effugi potest, occupet et præcipiat, ut nullus pateat effugiendi angulus. quod māxime cōsumitur ex cōtrarijs immediatis. Complexiōis schema saepenumero interrogatiōne cōficitur, ut est ex ē plū apud Aug. lib. 2. de ordine. cap. 3. Cū enim Alippius sapientē nō esse diceret, qui ideo intelligeret stultitiā, ut euitaret, Aug. urget elegāter: si ergo pergas cognosce re stultitiā, ut euites, aut stultū quæres aut sapiētē: illiē nō, quia nō docebit euitare, qui ipse stultus sit: hunc non, quia secundū te nō esset sapiens, si stultitiā intelligeret. Hoc dilemma suo ordine consumabimus. Noueris porro, dilemma consumi unius propositiōis interrogatiōe. Sic

Iudæi ad Saluatorem nostrū: Licet' ne tributū dare Cæsa-
ri: nam habet implicita cornua, ut cuiq; expeditum est.
Sed quo arte Christus effugerit, pōst docebimus. itē Sad-
ducæi ad Christum, de uxore que habuit septem fratres:
in resurrectione mortuorum cuius erit hæc uxor? capti-
uncula dilemmatis astuta, ad conuincendū, nō esse resur-
rectionē. Hoc dilemmatis schemate, quām cōplexionem
nominauimus, elegāter Heluidium D. Hyeronimus ur-
sit. is enim docuerat, Christū fratres carnales habuisse,
propterea quod scribitur esse primogenitus: uolēs diffe-
rentiam esse inter unigenitum & primogenitum, quam
differentiā elegantiissimo eludit D. Hyeronimus dilem-
mate. cum enim primogenita Aegypti occiderentur, aut
unigeniti non sunt occisi: si hoc dices, ridiculus eris. aut
sunt occisi, quod ueritas habet: non est ergo differentia
inter unigenitos & primogenitos. Hac specie argumen-
tationis omnia sunt plena: qua nihil est uelementius, si
recte ut amur: quo tamen nihil facilius soluitur, si uici-
um habeat. Quæ autem sint uitia complexioni, postea
docebimus in textu, circa confirmationis rationem. 20

Summissio.

Summisso argumentationis schema est, in quo nos-
metipsi à nobis petimus rationem, quare quidq;
dicamus, Quod genus cōmodè cōficietur, si cre-
bro cuiusq; ratiois rationē subtexuerimus: ut, Maiores
nostrī

noſtri magnam Oratoriæ operam dare uoluerūt. Quid ita? quod reclē intellexerunt, ea ſtudia omnium ſumme eſſe appetenda. Cur id? quoniam per ea tanto plus hominibus alijs præſtamus, quāto homines brutis. Qui hoc? quod nihil habent ingenia in hominibus conftans, niſi ea doctrina, ea arte expoliantur. At quid ita? nam cum oratorū præceptis quibuscunq; rebus ordo detur, fit ut ingenia ad ordinem composita nihil tumultuariū, nihil præceps, nihil confufum, præruptum, hians, nihil intempeſtiū producāt. Hoc arguendi ſchemate uitit ſepe in orationib. Cic. ut pro Planco, et alibi. Habet autem ea uarietas qua ſub interrogatiōis figura rationes ſubijcuntur, multum ornamenti. Eſt admodum uehemens, ac ualida, ut elegāter dicit Trap. Si tamen uitio laboret, ut po te quod uel aliqua ex rationib. ſit uel impertinēs, uel nō urgeat, facile cadet, in iudicijs maxime. Nō ita in demōstratiuo genere, in quo ſatis eſt, ſi argumentatio hæc uel ex persona, id eſt apparēter pugnet. nā et hoc in iudicijs ſepe fecit Cicero: ut potius artem mouerit ſub ſpecie argumentandi, quam niteretur argumenti uiribus.

Violatio.

Violatio ultimus modus arguēdi eſt argumentationis ſpecies, qua ex aduersariorū ratione non id quod ipſi uolunt, ſed quod prō nobis eſt ſequi d. monſtramus. Quod genus conſutationi ſemper ſacra

facit, nunquam confirmationi: ad instar tribunitiae potest
statis, quae potens erat in confutando, non in affirmando.
dicitur autem uiolatio, quia uiolat, demolitur, resupinat in
tentione aduersarij ex suis proprijs armis. Ut si dicat alii
quis, non esse fidendum ne amicis quidem, quod nusquam
sit tuta fides. Cui tu obuiabis: immo ea maxime ratione fe-
dendum esse ijs, quos in amicitia receperimus, ut explora-
ta eorum uel fide, uel perfidia, et cōpletamur sinceros, et
frigidos auersemur. Finge aliquē ex uetutinis et barba-
ris Logicis, ueteres logicorū et nugas et tricas tueri,
quod iam sint uetustissima cōsuetudine receptae. Obuiabis
tu, nulla magis ratione tollendas, et in tartaru Tartare-
tos ablegādos esse, quam quod tot annorū curriculis in-
feliciū iuuēnū ingenia pressere, immo perdidere: tantoq;
audacius, tantoq; operosius corruptissimā cōsuetudinē
euerti oportere, quo radicem ex diuturnitate temporis
firmius egisse uisa est. Apud Cic. in oratione Pompeia-
na, Q. Catulus Pompeium Magnum bello Mithridatico
non esse præficiendū censuit, ne in uno homine, qui pro
natura humani generis breui esset moriturus, emnia po-
nerent. Quod Cic. egregiè eludit hac argumētatiōe, uo-
lēs ideo magis in Pōpeio omnia esse ponēda, quod esset
breui moriturus, ut ita resp. fructū quam amplissimum ex
eo interitu consequatur. Violationem à repræhensione,
cuius Cicero in ueteri Rhetorica lib. 2. meminit, ita sepa-
ramus: quod uiolatio ad hoc unum tendit, ut quadam
uelut

uelut inuersione aduersarium suis proprijs armis iugulet. At repræhensio frigidior est. quāuis enim cōfirmationes argumentationum in genere aliquando diluat et confutet, tamē s̄ penumero tātummodo attenuat, ut ita minus roboris sit argumentationibus. Modi autem repræhensionis ex uitijs cōstāt: quæ quia autor noster nō indiligerter prosequitur, textum uidebimus.

Quæ tacite contemni, atq; uitari si-
ne repræhensione.)

10 Eius autem generis sunt argumenta nugatoria, quæ De uitiosa prima literarum figura sese prodant. ut si dicas, Iurā se argumen- qui oportere, ut pecuniam lucremur. uel si dicas, Magi- stratum uenerari oportere, quia uestibus splendidis & longo famulorum comitatu incedit.

De uitiosa expositione.

10 **E**xpositionis uocabulo hic intelligite propositio- nē. Imo si Cic. in ueteri Rhet. credimus, quæcūq; ante cōplexionē sumūtūr, possunt expositionis appellatiōe cōtineri. Et in hūc finē hic intelligo autorē nostrū. Cic. in ueteri Rhet. lib. 2. argumētationē repræhendi posse quatuor modis docet. Aut si ex his quæ sumptas sunt, id est ex argumētis (ut Victorinus exponit) nō cōceditur unū plurā ue. hunc primū modū autor noster prosequitur, appellatione expositionis. deinde si concessis quæ sūpta sunt, cōplexio cōfici ex his negatur. et tertio loco, si genus ipsum argumētationis uitiosū ostenditur.

Tan-

Tandem si cōtra firmā argumentationem, alia & que firma ac firmior ponitur. Tres posteriores modos autor noster non prosequitur, nos non tacebimus. Circa primū argumentationis modum aduertendum est, quod aliquādo res esse credibilis negatur: ut si pro credibili propositione dicam, neminem esse qui pecuniam milit quām sapientiam: iam negatur credibile. Aliquando negamus comparabile, cuius tres species suprà posuimus: ut si dixerim à Gallis ad Germanos argumentū perfidiæ sumi, quod sint proximi, affines, uel confines. hoc enim negare iustè possumus. Aliquando iudicatum negatur: ut si ex eo quod iudex ali problem decreuerit, arguimus uel euincamus agnitionem prolis. nam hoc iustè negamus: habet enim uitium Aliquando arguimus à signo, ubi nescisse est primo, ut probemus signum esse: deinde, ut constet signum accommodari criminī. quorum utrum defuerit, iam argumentatio uitium habet. ut, Habuisti uestem cruentam sanguine, ergo occidisti. hoc argumentum habet uitium. quae omnia Cic. in veteri Rhetor. latissime, et ex pari elegantia tractat. Dicit porro Cicero, à rebus in specie iniustè argui ad uniuersalia. Sed quia autor noster hoc genus uitij prosequitur, textum uideamus.

Omnēs qui in paupertate sunt.)

Hoc primū uitium etiam Cic. in veteri Rhet. lib. 2. inter alia connumerauit. ut si dixeris: Nemo est

est ex peritis qui Lutherο nō fauerat. Hic sermo uitiū ha-
 bet, si Ciceroni et autori nostro credimus. Tu autem ui-
 de, ne istae uitia probe excusari possint, trib. modis. Pri-
 mò, nam in moralib. in positiuis, uniuersalitas sumitur
 ex cōmuniter accidentibus. Quo casu expositio necessa-
 rio nō urgeret, potest tamen defendi tanquā probabilis:
 quæ est receptissima doctrina totius iuris scripti. Vnde
 iuste dixerim: nemo ex peritis est, qui non faueat Luthe-
 ro, hoc enim cōmuniter accidit. Hic modus defendit in-
 10 numeros sermōes in positiuis. Secūdo: Si uniuersalis pro-
 positio ad actus humanos sese accōmodaret: quia tunc
 semper coērgetur ad materiā subiectā, ad habilitatē, ad
 naturae conditionē. Et hoc est quod dixit Hilarius, intel-
 ligentiam dictorū sumi ex causis dicendis: quia non ser-
 moni res, sed sermo rei ancillatur, quæ est insignis sen-
 tentia Hilarij, de qua gloss. l. omnes. C. sine sensu, uel re-
 liqui. Vbi cū Imperator diceret, omnes agros esse tributa-
 rios ex natura rei: excipiūtur Italici. Si testator dicat, Le-
 go omne argentū: natura rei flagitat, ut de suo intelliga-
 20 tur. Sic ferè dicimus, omnes homines timere in mari, in
 periculis: lucet Stoicus hoc nō recipere, tamen ueritas +concede-
 sumitur ex cōmuniter accidentib. ita cū dicimus, nemo ret-
 odit carnem suam: nam multi sunt qui oderūt, ut Medea.
 Hac secūda specie potest defendi exemplum autoris no-
 stri, de pauperibus. nisi dicas, ibi nō esse cōmuniter acci-
 dentia, sed actus medios, quod uerius est. Tertius mo-
 dus est

dus est tropicus, quia huiusmodi uniuersalitates (si ita lo-
qui licet) saepe tropū habent, & ex hyperbole intelligū-
tur. ut cum dicit Euangelista, totū mundum non suffice-
re libris, de gestis Christi scribendis: hyperbolēn hoc lo-
co esse Erasmus testatur. Sic Regū 3. cap. 9. dicitur, non
fuisse sermonem, qui regem possit latēre: quod habet tro-
pum. Innumerū essem, si perga ponere exempla. Si tu
aduertes omne genus doctrinarū, maxime moralia, nul-
lam inuenies propositionem quae non incidat in unum
ex illis modis. quae cum ita sint, necesse est textum no-
strum cum temperamento intelligi: alioqui decipieris.
10

Cum id quod raro fit, fieri omni-
no negatur, &c.

In iure nostro ea quae raro sunt, intelliguntur nūquā
fieri. Ius enim scriptū, ea quae raro sunt non curat. l.
Iura. cum lege sequenti. ff. de legib. unde Imperator
in Authenticis dicit, propter bonas mulieres non oportet
re legem constitui, quia rarae sunt: malas autē multas es-
se. Ne ergo iura dissident ab autore nostro, distingua-
mus inter tria causarū genera. nam si iudiciale tractes, et
maxime in criminalibus, utraq; ea uitia quae iam tracta-
uimus recepta sunt. nec enim reus cōdemnari ex eo debe-
bit, quod uel frequenter uel raro fiat, regula ex uniuerso
sumpta. Sed nec ex cōiecturis ullis, nisi euidentem faci-
ent probationē. Præterea multa quae suprà diximus cir-
ca locos
20

ea locos in cōiecturali in criminalibus non procederēt:
et creditur eo nomine processisse constitutio Imperato
ris in l. Sciant. C. de probatio. In ciuilib. res tēperamen
to eget. ex frequentia enim & raritate actiū, si contra
ctus uel ultimas uoluntates disceptaueris, indubio iustē
arguitur: ut ita non sit tutū ea quae pro uitijis hic scribū
tur, tueri tanquam uitia. siquidem communiter, uel raro
accidentia, itē natura rei, & cōditio materiæ, sēpe eum
cunt aliquid uel esse factum, uel non esse factum. ne nego
tia hominū relinquantur ambigua, etiam si nihil necessā
rio colligas. quod tamen latiorem tractatum habet. Cē
terum in genere deliberatiuo & demonstratiuo superio
ra uitia tantū abest ut uitia putentur, ut etiam arti detur,
ex uniuerso enunciata sumere, etiā si ex frequentia uel
raritate sumātur, dū ex natura uel cōditione rei, uel per
hyperbolēn pronūciata defendi possint. Nā si deliberes,
homo inops, ignotus, ad munera recipiatur: nihil absurdī
ficeris, si ab eo abstinetas: motus ea sententia, quae ex uni
uerso sumitur, quod pauperes sese uel scelere ab inopia
redimere, quā m ēā officio tueri pergat. Nā et ita ius no
strū iudicat, Insti. de suspectis tutoribus, ad finem. l. 3. §.
Tu magis. ff. de testibus. quod uel maxime in demonstra
tiuis receptum est, in quibus nihil aliud quām laudamus
aut uituperamus. Eū in sensū illud Fabij dicitur, & equita
tē optimo cuiq; notā esse. et illud sapientis, iustū hominē
nullare contrastari. Sic Caiphas defendit, cū dicit totū
mundum

mundum post Christū abijisse. Sic Iuno Vergiliana, cum quereretur, Ilium in Italiam portari. Sic Cic. in oratione pro Flacco, reiecit testes Asianos ex uniuerso, quod Græcæ nationi fides negaretur. Sic Paulus in uniuerso orbe fidem prædicatā dicit: ubi Origenes tropū signat. Innumeris esse, si pergam autoritates afferre. Cōcludo igitur, quæ utrobique uitia ex autore nostro tractamus, in criminalib. semper recipi, à ciuilibus iudicijs frequenter remoueri: in deliberaatio et demonstratio raro esse rece
texcusari ptas, si per suprà dicta temperamenta + expurgari pos-
 sunt. Sed quod ad legislatorem attinet, id est, ad iura con-
 denda. tunc nō curātur ea quæ raro fiunt: per iura suprà
 à principio allegata, quod Accursius ibi latius explicat.

Quem ille hæredem testamento.)

Ideo hic dicit eum hæredem ex parte factū, et non in-
 esse, ut euidentius pateat uitium insufficientiæ. poterat e-
 nim & aliis hæres eum occidisse.

Quia alteri non erant.)

Aduerte differentiam, quia in prædones cœuentu, in
 inimicos occasione incidimus.

20

Quæ cōstat ex sola enumeratione.

Ergo hoc
 quoq; utan-
 dum.)

PRæter hoc uitium, Cic. in uete. Rhet. alia duo uitia
 adiecit: aut quia enueramus cui cōtradici potest,
 aut causa nō est quare nō honestè possimus cōte-
 dere. id est, nulla nos cause turpitudo impedit uel mo-
 ratur,

ratur, quin honestè possumus unā ex partib. concedere. Exemplū prioris: ut nec emisti, nec suscepisti, nec tibi donatū est: relinquitur, te mala fide habere. hic nego, quod non sit mihi donatū. Iam tota argumentatio cecidit. Exemplum posterioris: Non stetisti frustra in diuerticulo: aut enim furari uolebas, aut affectari puellas, aut insidias ponere uicino. hoc ultimum sine pudore cōcedes: uerū esse, te locauisse insidias, si tibi ex professo inimicus 10 fuit. Sic cum Roscius accusaretur interfecisse Saturninum: Cicero in oratione cupide se hoc crimen confessum dicit, si ei ex ueritate liceret.

Item falsa enumeratio est.

Ne erres frater, uel Ciceroni quiddam uicio uertas, quod iterum de enumeratione tractet: nouisse debes, hic tractari uitium partitionis, nō enumerationis. quae partitio ab enumeratione differt: quia enumeratio ex particularibus negatiue collectis, infert positionem alterius particularis: at partitio ex partibus totum infert, si fit 20 iusta.

Quando ægritudinem cum utraq; re.)

Hic uides partitionis uiciū esse, non enumerationis. nam hic genus speciei commiscetur, quod ægritudo genus sit ad metum et ad cupiditatem. Et esse partitionem uiciosam, satis ex Cicerone constat lib. 2. de Finib. bonorum & malorum, post principium, cum dicit: uitiosum.

s esse

esse in diuidendo, partem in genere numerari: quo nomine taxat Epicurum.

Hic id quod extremū dictū est, etc.)

Sed non' ne hoc argumentum alio etiam uitio labo-
rat, etiā si cesseret presens uitium? Nam hic ad omnes con-
fertur, quod non est necessario uerum, in omnibus scili-
cket auaritia hominem ad quodvis maleficium impellit:
hæc non est necessario uera, ut suprà in primo uitio au-
diuimus, & tamen reus ex ea impellitur. Vides ergo
quām non sit tutum hærere primo uitio. ad quod nec au-
tor noster aduerterat. 10

Ne Ennium.)

Concessum est, quia aliquādo et saepe numero ex per-
sona aliorum quos inducunt, nō ex persona propria lo-
quuntur, ut in hoc sequenti exemplo, ubi ancilla Medeæ
conqueritur: & eo tantum nomine abest à uitio, ut eti-
am arti detur, inducere ancillam loqui, ut ancillam.

Vtinā ne in nemore Pelio securib. etc.)

Nota est fabula Iasonis, quem cum patruus Pelias rex 20
Thessaliæ sub spe interitus Colchos misisset, ut aureum
uellus illic custoditum reportaret, naui Pelio monte fa-
bricata, cum alijs heroibus cum ad locum peruenisset,
auxilio Medeæ filiæ regis Colchorum, quæ Iasonem a-
mauerat, aureum uellus obtinuit: quam & abduxit,
nec tamen ei fidem seruauit. Quod apud hunc poëtam

Ennium

Ennium, ancilla Medeæ conquesta est, & ab alto orsa
in culpam uocat Pelion montem, ex quo nauis heroum
fabricata fuerat. Lege Ouidium libro septimo Metamor-
phoseon, & in duodecima Epistola Heroidum.

Nam ego amicum meum
hodie, &c.)

Sensus est: Quamuis aliquando in ætate prosectori
conducibile sit castigare amicū, non tamen semper, ut po-
te quod sit immane facinus. Et quare hoc nam ego ami-
cum pro noxia non castigavi. quasi diceret: non est sem-

per utile, quia ego amicum non castigo: uolens ex suo fa-
cto, quid sit utile, uel non sit, comprobare. Vnde dicit Ci-
cero: Ex eo quod facturus, non ex eo quod fieri conue-
nit, utile quid sit ratiocinatur. Est ergo uitiosa ratio, quæ
leuior est quam exigat propositionis amplitudo, ut di-
cit Trapezuntius. Rerum publicarum status tunc erit se-
curus, si adsit concordia. habet enim concordia & in
conuiuijs, & puellarum choris, suam laudem. Hoc ui-
tio uereor ut laborent, qui pro Lutherò hac utuntur ra-
tionē: ueritatem apertam & euidentem esse apud eum,
quia nemo ei contradicit.

Philosophia uitanda est.)

Tela est argumentationis, ab oppositis. quam sic
detexe: Nisi falsæ essent rationes, haec propositiones quo-
que ueræ essent. nunc quia propositiones ueræ sunt, fal-
sæ igitur rationes.

Ad caput de
uitiosa ra-
tione.

Nam hic Pacuvius.)

Parum referebat fortunā ne ageretur , an temeritate , quum utraque cæca sit & bruta . Cæterum hic significatur elegans differentia inter fortunā et temeritatem . Nam fortuna dicit , uel trahit : temeritas factum præstat uel complet . ducimur in pericula fortuna , experimur pericula temeritate .

Tu uide hoc uitium esse frequetissimum , ut nō necessarias , in modo nec probabiles rationes subnectam . ut si dicas : Morales disciplinas esse descendas , faciunt enim ciuilem . Sic argui nuper quendam ex amicis meis , qui dicebat , Iustiniani editionem merito uituperari , quod αναλφάεητε esset . hoc quid impellit , cum per suos assessorum iura dirigere poterat .

Item infirma ratio est , cum uideatur pro ratione , &c.

Hæc etiā est apud Logicos fallacia , petitiois principij , quando ratio eadem est cum dicto . Hoc uitium parum curant Iurecons . non cum maxima laude . sic in l . finali . 20 ff . de officio procons . curatores Cæsaris ius deportandi non habent , quia huius poenæ constituendæ ius non habent . Sic in l . 2 . § . mutui . ff . Si certum petatur : Mutuatio consistit in his rebus , quæ numero , pondere , mensura consistunt , quoniam earum datione possumus in creditū ire . Sic in l . Quæsitu . in fine . ff . de peculio , post tem-

tempus actionis de dolo non potest dolus obijci, quia nesciunt
de dolo actio post tempus datur.

Magnō malo est hominibus
avaritia, &c.

Hoc uicum, si demas coniunctionem causalem, id est
quia, quoniam, &c. faciet colorem Rhetoricum, expo-
litionem. Et erit elegans schema, quando idem sermo ua-
ria figura loquendi enunciatur, manente eodem sensu.
quod est notatu dignum, quia ab alijs non dicitur.

Vtilis est sapientia, &c.

Tu dato alia exempla. Vineaſ eradicandas esse puto,
quod ebrietas sit grande uicum. uel sic: Nauies esse de-
lendas, quia ex eis piratæ prædantur. Hoc modo argu-
mentatur Augustinus, et recitatur in cap. de occidendis.
22. quæſt. 3. ubi per multa exempla notat hoc uicum.

Item infirma ratio est, quæ uel
alij expositioni, &c.

Hoc uicum est, si dices: Laudādam eſſe Rhetori-
cen, eminentia nominis, quia per eam persuade-
mus. At et puella persuadere potest, et histrio.
quod uicum annotauit Fabius libro 2. circa definitio-
nem Rhetorices. Tu adde septimum uicum, non abſi-
milis + farinæ: cum id quod pluribus commune eſt, uni + forme
præcipue uitio datur. Quo uicio lapsus eſt amicus meus,
& etiam reprehensus, qui Iustiniano ideo dicam scri-
pferat,

pserat, quod purpuram suam adorari iussit. At hoc cum sit omnibus imperatoribus commune, ut passim edocetur in libris Codicis, inepte soli Iustiniano uitio uertitur. Ergo uitiosa est ratio septupliciter, tum quia impertinens: item uana, id est falsa: deinde non necessaria: quarto cum ratio idem est cum dicto, et praeterea si sit minus ac cōmoda, sexto, si sit vulgaris: ex nouissime, si à cōmuni uitio aliquis criminetur. nec dubitate, plura ex his coincidere nomina: tamen distinguuntur, ut res sit clarior.

Iniuria abs te afficio in- digna pater.)

Ad cap. de
uitiosa con-
firmatio-
ne.

10
Poterant olim de uetusiori iuris prudentia patres matrimonia filiarū separare, etiam in uitio filiab. Sed Marcus imperator uir optimus, quem uulgo Philosophum nominamus, prohibuit huiusmodi separationes, coērcuit patriam potestatem, nisi ex magna & euidenti causa. l. dissentientis. C. de repudijs. Sponsam autem pater separare potest etiam hodie de lure civili. l. in potestate. ff. de Sponsalibus. An aliud sit receptum de lure canonico, uideant alij. Ceterum quod 20 ad hāc reprehensionem Ciceronis nostri in persona patris, uideamus ne non sit tuta hāc & reprehensio, quam eludet filia alio dilemante: Aut enim sciusti Thesphrontē improbū, aut ignorasti. Si sciusti, impius es qui me ei locasti. si ignorasti, in culpa es, in tā ardua re nō prouidendo, q̄ necessaria fuerāt. nec potes dicere Errau: iste enī error

error nō mihi, sed tibi nocere debebit. Igitur hæc dilem
tis dissolutio tuta non uidetur. Meliorq; est apud Politia
num lib. ii. ad Calchum: cum peteret castigationes Me-
rulæ, quas cōtra Politianū dicebatur fecisse, edi. sic enim
colligit: Si iure me carpit, cur eius inuidetis laudi? si ini-
uria, cur me æ? At Calchus sic dissoluerat, alio dilemma-
te: Si te iniuria carpit, ei parcimus: si iure, tibi. quæ est in
uersio non illepida. Sic in iure nostro propter dilemma
artificiosissimum dissolutione. † Cæterum Textum, ut
solent iurecons. Textus reputatur difficilimus omnium
iuris Ciuilis in l. in ratione. §. si filio . ff. ad legem
Falcidiam qui. §. plenus est Rhetorico artificio. nam il-
lic arguunt dilemmate legatarij: Aut substitutus filio de-
ducet quartam legatorum ex persona sua, & non po-
test, quia eam prius habet: aut ex pupilli persona, &
non potest, quia nec ipse pupillus posſit. Sed è regione
substitutus egregiè dissoluit, inuersiōe Rhctorica, quam
iam tractamus: nempe conuersis propositionibus. dicit
enim: Aut ex persona pupilli soluenda sunt mihi lega-
ta, & deduco quartam, cum legata propria me one-
rent: aut ex persona mea sunt soluenda, & iterum de-
duco quartam, cum legata pupilli me grauent. Hæc la-
tius habentur in glossa mea in dicto. §. Eius farinæ est
argumentū Protagoræ contra Euathlum: qui cum eum
docendū suscepisset, pepigerūt mercedem post primam
causam quam Euathlus obtineret. Euathlus noluit caus-

sas agere, ut frustraretur Protagorā. Quo nomine con-
uentus Euathlus à Protagora, sic urgetur ab eo: Aut
uinces, aut uincēris. si uinces, dabis mercedem ex pa-
cto: si uincēris, dabis mercedem ex sententia. E regione
Euathlus pari argumentatione iugulum * præbet: Di-
isce magister, neutro loco tibi deberi. aut enim uinco,
et defendant sentētia: aut uincor, et defendant pacto. Istæ
sunt argutæ dissolutiones, quibus dilemmata repellun-
tur. sed Euathli dissolutio uitiū habet, ut statim dicam.

*petit. Ergo ut in summa habeatis, quo pacto posset + comple- 10
xum. xiui argumenti iugulum auerti: primò aduertendū est,
ut hic dicit autor, si uicum in utraq; parte sit, uel in alte-
ra, extra textum nostrum uidendum est, si altera pars
posset distinctione tolli: ut fecit Augustinus suprà alle-
gato libro de Ordine. ubi arguebat: Aut stultum adi-
bis, aut sapientem. stultus non docet uitare stultitiam: sa-
piens non intelligit. Hanc ultimam partem distinguite.
Res enim dupliciter intelligitur, aut ex distantia, aut
ex communione. Priori loco sapiens intelligit stultitiam, sicut fortis timorem, sicut uidemus tenebras. Si po- 20
steriori loco, id est communione, tunc sapiens non intelli-
git stultitiam, quia nihil commune habet cum ea. tunc
etiam diluetur dilemma, si in alium finem alteram ex
partibus absflectas. Sic Euathlo præbetur iugulum, cum
colligit: Aut uinco, et nihil debebo ex sententia: aut uin-
cor, et nihil debebo ex pacto. Hic posterior pars po-
test

test adflecli in alium finem. Sic enim dicet Protagoras:
si uinceris, agam contrate ex sententia, quia uictus es,
non ex pacto. nec mihi obijcies pactum, quod nihil com
mune habet cum sententia. Potest et dissolui hoc argu
mentum, si perpendas naturam, alternatiue, an ex con
trarijs mediatis pugnet: quia tunc facile eluditur, neu
trum inferendo. Sic Christus facit ad Iudeos, cum inter
rogaretur, nupta septem fratribus cuius esset futura: In
resurrectione neq; nubent, neq; nubentur. Qua dissolu
10 tione infinita dilemata, quae colorem habent, infirma
buntur, et quidem non difficile. Et deniq; Cicero in ora
tionibus non semel ex contrarijs mediatis hoc argu
mentum contexuit, et maxime pro Quintio. Item si uim
partiu complexionis æquiuoces. sic enim et D. Hiero
nymi cornu effugitur cōtra Iouinianū, qui contra Diga
miam pugnarat: Erunt duo in carne una, et iam exclu
duntur digami: aut non erunt, et iam contra uerba scri
pturæ uenitur. Sed nō obstat hoc cornu. prior enim pars
matrimonium ex uniuerso, nō ex personis respicit. Po
20 test et dissolui dilema, si utrasq; partes partitione con
cordemus. ut, Aut insanire fas est, aut non: si fas est, cur
non omnes insanimus: si non est, cur tu insanis. Dissol
ue ea ex partitione: quia aliquando insanire conceditur,
aliquando non cōceditur. Et tandem dissoluitur dilema,
si ratio, in quam partes complexionis fundantur, pos
sit alia ratione expurgari. ut cum accusas hunc reum,

aut

aut enim ueretur, et probus est: aut non ueretur, et nihil proficit accusatio. Hic dices: Imo eo magis accusandus est, quia eius inuercundia coerceditur, aut probitas ex accusatione augebitur. Cicero aliter dissoluit. Haec sunt cautelae et effugia, quibus hoc urgens argumentum uitatur.

Cum id pro certo sumitur, &c.)

Cum argumentū sit ratio rei dubiae faciens fidem, et argumentis constet confirmatio ratiōis, uitiosae supponitur pro certo argumēto, de quo adhuc cōtrouertitur. ut si dicas, Liberum arbitrium est res de solo titulo, quare ex libera uoluntate nihil boni facimus. Hec ratio est uitiosa: quia supponimus, liberum arbitrium esse rem de solo titulo, quod adhuc uehementer controvērtitur.

Quod iam quasi sero.)

Hec ratio non tam est uitiosa, quam nugatoria, diceret, Prouisurus eram, si sciuisssem. Nam dicitur eis illud Euangelij: Nescio uos, clausa est ianua. Et Seneca dicebat, Non esse sapientis dicere, Non arbitrabar hoc futurum. Hinc illud prouerbij, Sero sapiunt Phryges. in rebus tamen gerendis dixerat Brutus ad Romanos, satius esse sero fieri quam nunquam

Cum id quod in aperto delicto.)

Manifestum delictum uelle contegere, non tam uitium est, quam stulticia. ut si dicas: Praeceptorem deserui, cū ab

ab eo saluberrimas hauserim doctrinas: iam uero reporanum delictum, quando doctrinarum suarum non plus egro. Quis credet hoc? nemo. Item aliud exemplum: Rectorem in magistratu positum offendit, nunc uero priuatum tuebor. Nemo hæc credit.

Quod in aliam partem dictum sit.)

Hoc uitium præterquam quod culpam habet, nō quidem simplicem, sed præsumptam, non etiam periculo caret. quod experti sunt Vitellij, nobiles Romani, & 10 filij Brutii, cupientes potius sub regibus esse, quam sub senatariis legibus. post factam cōspirationem, ad unum omnes cæsi sunt. quapropter periculosest, studia sequi, id est factiones. Sic olim Cæsar Iulius, etiam si sane consuluerat, de coniuratis non esse supplicium mortis sumendum: tamen quia factiosus, suspectus erat. Simili studio laborabat Scipio Nasica, dum consuluit, Carthaginem non esse delendam: qua uis optimo consilio diceret. Quapropter caueat, quisquis est in Repub. si suspectus est de studijs, ne ad speciem quicquam consulat. Quid si 20 aliquis fauorem ciuiū habeat, & alteri Reipu. consulat pacem esse sequendam: qua non suspicione laborabit?

Falsis aut uulgaribus definitionibus.)

Sic si describeres, Rhetoricā esse artem quæ doctos faciat. In hoc uidetur Philosophus deliquerisse, in Rhetori-

cis, Parti. 39. cum dicit: Improbas auferre leges, est rem pub. beneficijs donare. Quæ definitio ideo uulgaris est, quia alijs conuenit. quod moliri opera publica, donare diuitias, viros sapientes, est rempu. beneficio donare. Cæterum hoc uitium non est fugiendum Oratori, maxime in violentis definitionibus, de quibus multa suprà diximus. Hoc genere defensionis perstrinxit amicus meus Iustinianum, quod diceret eum improbum, quia patetur se Diuum appellari. nam quis ex Imperatoribus hoc non passus est?

10

Pro argumento sumere quod in
disquisitione positum.)

Hoc uitium probe conferas cum uitio superiore: nisi quod superius supponitur in antecedente certa ratio, quæ adhuc fluctuat: hic autem in probationem antecedentis, pro consequenti idem illud quod controuertitur, pro ratione sumitur. ut, Improbis es, crucem meruisti, quia furtum fecisti. At hoc est in controuersia. Hic si dicatur: puniam te, quia statuta non seruasti: statim dices: doce me statuta non seruasse, & postea arguito.

20

Cum id de quo summa contro.

I Tem uitiosū est, si id in quo cardo causæ steterit, uel frigidè, uel imp̄tinēter, uel omnino nō tucaris, quasi id certum relinquas. Quod faciunt arguti disceptatores. s̄a pe enim rem, in qua causæ scopus stat, dissimulant, non probant: uel probant frigide, quod nos s̄a [pe

pe fecimus in Practica. Qui enim rem ambiguam fortius firmare contendit, is suspendit mentem iudicis, et excitat ingenium aduersarij. Sic Lutherus quasi obiter supponebat, frigidissima esse scita pontificū, si forte aduersarius hoc prætereundo incidisset. Hoc quotidie faciunt aduocati, dicentes, superuacuum esse hunc cōtractum latius probare, cum per instrumenta pateat. Et certè non est superuacuum, cum causæ cardo in hoc ueretur. Cicero dat exemplum de Aiace & Vlysse, dum disceptarent super armis Achillis: quam disceptationem eleganter describit Ouidius, libro. 13. Meta. Et certe si uerum fateamur, hæc cautela tantum abest à uicio, ut pro summo artificio habeatur, si ea utarīs feliciter.

AD OMNIA RELIQVA VI- tia huius textus.

Controuersiā cōtrouersia dissoluere.

NAm finge quendam iuratū uenire ad Censores, si uocaretur. is uocatus nō uenit. accusatus per iuriū, respōdet: non ueni, quia non potui. nā si tribuno militum iurassim me adfore in commēatus die, et non uenissim, nulla alia excusatiōe tuerer, quām quia uenire non potui. Et sic accumulatur absurdum absurdo. quia utrobiq; est inepta respōsio, nullius rei. Quid si forte tribunus hanc responsionem non acceptasset? an Censor acceptabit? non. Ita quum superioribus annis qui
dam

dā canonicus sic semper immodestiae uestiū argueretur,
 respōdit se ita iturum in capitulo suo: absurdum uolens
 tollere absurdo. Item uitiosum est, dissentire sibi, ex
 scribere pugnātia. in quod uitiū hodie paulominus inci-
 dimus, nī reducto calamo castigassimus. sic enim scrip-
 si amico: iam eū cominus, tamē ex improuiso cōgredi: et
 mox argui, quod telis nitatur fugacib. ex quod horreat
 pedē pedi cōferre. Item uitio datur, odiosis uti rationi-
 bus, quib. uel iudicis uel suorū amicorū animi offendan-
 tur. quod qui faciunt, uitiorū suorum ipsi sibi poena sunt.
 Itē uitio datur, non omnes res confirmare, sed sub artis
 tegmine, quæ partitus es membra, ea non omnia confir-
 mare. quod si uitio ingenij facis, imperitē te arguis: sin
 ex proposito, quia in altera parte nihil habes quod fir-
 mes: si industria feceris, id pulchre prætereas. quo casu
 tutissimū est, in altero membro uel ad fastidiū morari,
 digredi, exornare, ut ita iudicis memoria uni rei fixa,
 alterius partis obliuiscatur. quod tamē nolo feceris, nisi
 cum iustitia. Item uitium est, cum de re certa cōtrouer-
 titur, disputando in alia extranea incidere, quæ sunt ex
 tra cōtrouersiam. ut si furem quis te criminetur, tu cau-
 sam cōmodati insinues, ut ita relicto furti crimine cau-
 sa cōmodati discepteris. quod faciunt arguti Logici, qui
 disputatione utuntur, tanquam equo desultorio, si aduer-
 sarius sit improudus. Hoc uitium Cicero suprà à prin-
 cipio caueri iusserat, cum ueterat coēptam relinqui ar-
 gumentationem; ex incommode transfire ad aliam. Ci-

cero dat exemplum de Zetho et Amphiōe fratribus: qui cum disceptassent de Musica, inciderunt in certamen sapientiae. Item uitium est, cum criminatio accusatoris aliud continet, quam ab reo, id est nomine rei respondeatur. ut si furti accusatus respondeat, fama se esse ubique cognitum, claris ortum natalibus, saeppe laudatas res gessisse, fuisse iudicibus utilitati. Et in huiusmodi communibus locis uersatus, crimē defendere negliget. id quod ele ganter conqueritur Persius contra Pedium: Fures, ait 10 Pedio. Pedius quid? crimina rasis Librat in antithetis: doctas posuisse figurās Laudatur. Hoc faciunt serui commici, heros ludendo: ut Dauus Terentianus Simoni interrogāti, Quid istic tibi negotij est? Da. Modò introiū. Si. Quasi te hoc rogem. Da. Modo cum gnato unā introiū. Sed certè non est modice industriae, apud Rhetores hos flexus feliciter querere, uel alia miscendo, uel (ut Speculator uoluit) generalibus nitendo, ne capiaris: quod et Cic. significauit, et nos saepē obseruauimus. Item uitium est, scientiam aut studia uituperare, si quid in 20 eis næui inueniatur. Tu uide, ne Lutherani (ueniam prefabor) utrisq; his uitijis sint obnoxij, cum super Pontificis potestate, iuris ne diuini sit, deflectunt certamen ad abusus Romanos, et ex uitijis pontificum dicam scribunt sedi Apostolicæ, argutè saltantes de hypothese ad thesim. Item uitium est, si reum criminis conuincere pergas, ex eo solo, quod euincis crimen esse commissum.

missum. non enim sufficit, cōstare de crimine, ut supra
 diximus in Asystatis, nisi & reus autor criminis con-
 uincatur, est ergo non mediocris stultitia, dicere homi-
 nem esse enectum ueneno, quod cadauer liuidum sit, pal-
 lidum, deforme, & crimen ueneni uerbis attollere: de
 reo autem, an is fecerit, nihil euincere. In hanc tam stul-
 tam cōtrouersiam nos incidimus, propter stultū aduer-
 tpropo- sarium. Faciet & uitium neglecta & prosequutio rerū com-
 sitio. paratarū. ut si dicas: satius esse studere Rhetoricæ, quam
 iuribus: & alteram partem prosequaris, & taceas de
 altera. uerum in oppositis hoc non daretur uitio, quod
 eleganter dicit Iuriscons. Probationem unius relucere al-
 terius improbatione: in l. Qui accusare. ff. de Accusa-
 tionibus. in l. lege Iulia. ff. de Testibus. Est & aliud
 uitium in comparatione, si pergas alterum præferre al-
 teri: ita quod cum hunc laudes, uituperes alterum. quod
 maximum est uitium, & non nisi ille pidi hominis: cum
 omnis cōparatio ultro sit odiosa. Sic Theologiæ nostræ
 candorem, qui iam erumpit, prædicare nō dedecet: imò
 laudi datur, dum interim scholasticos non damnes, qui 20
 ipsi præstitere quod potuerunt. Ultimum uitium est,
 ex uerborum mutatione naturam mutari controuersia,
 ut si quis furem te accuset: postea mutando, rem te amo-
 uisse causetur. fatuitatis est, nisi in marito & uxore. In
 hoc uiciū incident sacerdotes quidā timiduli. qui ne inci-
 dant in irregularitatē (ut nominant) *capi pascua con-
 queruntur

queruntur iudici, non te furto subduxisse, sed rem accepisse tuam. Sic Sulpitius Tribunus, cum intercessisset, ne lex de exilibus reuocandis promulgaretur, ductus post paenitentia, forte donis corruptus, legem tulit, quod uelecti reuocarentur, soli uerborum immutationi nixus. Hoc est, quod nos in iure dicimus: Verba seruire oportet legibus, non leges uerbis.

In rebus comparandis uituperare alteram.)

Vestigi moris erat, si forte carior fuerat annona Romæ, ut ciues frumenta à Senatu acciperet protessera, ostensis tesserae, id est signis, quod cum Accursius nesciret, in l. sed & si. §. i. ff. de iudic. ridicule labitur. Ad hunc uetustum morem respicit, nam cum Senatus offerret largitionē frumenti populo, Tribuni osores Senatus, cōuocato populo in cōcione pollicebātur, se di cluros, utrū esset cōmodius, uel incōmodius accipere uel nō accipere frumentū. Iā enarrant incōmoda: Si accipient, quod ipsi sese obligabunt Senatui, uelut mācipia: deinceps nō audebūt eis resistere, tanq̄ corrupti muneribus. Tacent autem commoda, ex uersuta malitia: quod populus pressus caritate annonæ, uel in media laborabit, uel peribit fame.

DE EXORNATIONE VITIOSA.

Nunc de exornatiōe uitiosa, quae est quarta pars. Eanō alio nomine, quam ingenij diuitijs fœlix est. Et omnino copiam sumit ex similibus, dū nō
sint

sint uitiosa. Habent autem uitium, si maior sit rerum dissimilitudo, quam similitudo: ut saepe nocuit exquisita interpretatio. nam et affectata nouitas placet. Modica est similitudo inter interpretationem et nouitatem, licet ambo sint exquisita. Sic dices: Expilemus res sacras. nam et David panes propositionis sustulit. nulla est similitudo. Porro et uitiū habet, si ea similitudine excornes, quae tibi noceat: ut Cæsar Iulius si ærariū nulla ratione exhauriat, eas tueatur, quod et ipsum hoc Pompeio fugiente fecerit. Item accusatus adulterij, defendat, quod multas se uiciasse impune dicat.

Exemplum uitiosum est.)

Item exemplis exornatio instruitur, tanquam per latiores diuitias. quia quod exemplo fit, id iure fieri creditur: dicit alicubi Cicero. Habent autem exempla uitium, si falsa sint. ut, Coniuandum nobis et potandum est, nam et Seruator hoc noster fecit cum discipulis. Denique uitiosum est exemplum, si sit improbum. ut si canonicis scortari liceat, quomodo non et nobis licuerit? Porro exempla uitium trahunt, si maius quiddam in exempli trahatur. ut, Magistratus nostri sunt immunes a munib; iam nec ego subibo munera. Item si minus sit. ut, pueros nucib; ludere uidemus, quin nos non ea specie ludimus? Sumitur porro exornatio a rebus iudicatis: quae res in uitium incidunt, si sit utrobius; + dissimilitudo. Ut si quis neget, probari minus q; septem testib; ex exemplo sumpto, quod nuper contra te statuerunt

ſtamentum ſit iudicatum, quod ſeptem testibus caruerit.
ſed teſtamēti cauſa eſt diſſimilis, habet propriū ius. Item
uitium habet reſ iudicata, ſi afferatur ſuper ea re, de qua
non eſt cōtroversia. Ut ſi cōtendas, tibi legata deberi ex
teſtamento non ſolenni, quod et alijs ſint legata ſoluta: tu
dices, alijs non eſſe factam cōtroversiam, tibi controuer
ſiam fieri. Simile eſt, ſi quis petat ſe furti abſolui, & affe
rat re iudicatā à Lacedæmonijs, per quā fures ſint abſo
luti, nihil ad re facit. quia apud Lacedæmonios furtar non
culpatur, non habent controuerſiam. Item uitium habet, ſi
reſ afferatur improbè iudicata. ut, Clodius fuit criminis
inceſtus abſolutus, lōge plus ego adulterij abſoluar. Sed
tu dices: corrupte eſſe abſolutū. qua deſenſione ſæpe uti
tur Cicero in Verrinis, cōtra corruptos iudices. Item ui
tium habet, cum proferas rem iudicatā, ſi ab aduersario
in diuersum plures aliae proferantur, ut ſi cōtendas uni
co testi eſſe credendum, rem iudicatā proferendo, in qua
ſuper uno teste iudicatum eſt. Aduersarius dicet, non eſſe
hoc exemplum ſequendum: et plures alias reſ iudicatas
producit, in quibus uni testi nō eſt creditum. Præterea ni
tioſa eſt exornatio, ſi quod cōfitetur aduersarius, pergas
argumentis planum facere, cum iam reſ ſit confeſſa. de
bet enim augeri potius exornando quod confeſſum ſit,
quām probari. Ut occidiſti Aiatē Vlyſſes. occidi. iam ex
ornādo uitioſe inferas, dicens: Ne ulla ſit criminis com
piſi latebra signis & cōiecturis hoc oſtendā. Sed quid

attinet, cum ego rem confitear? Ultimo uitium est in ex-
ornatione, quod habuimus suprà in confirmatione ra-
tionis, uitio secundo: quando probatur & augetur cri-
men, antequam constet de autore criminis.

DE COMPLEXIONE VITIOSA.

Complexio uitiosa est, quæ male ex antecedenti-
bus cohæret, quæ non ordine à principio propo-
sito complectitur, quæ nimis est prolixia. His e-
nīm uitījs sit, ut nihil constans, nihil certum concluda-
tur, non appareat quid sit in argumentatione proposi-
tum: quæ ratio, quæ confirmatio, quid exornatio auxe-
rit. quæ omnia exemplis demonstrare, non esset diffici-
le, nec inutile. Sed finis finem impellit.

DE CONCLUSIONE SIVE Epilogo.

Sequitur nouissimè epilogus: qui est, quædam recenti-
sio, & in summa recollectio totius orationis. Cice-
ro rem ut est utilissima, ita prolixius tractat. Nos
per summam demonstrabimus: dum te commoneam, qua
tuor locis in oratione uti posse epilogo. Nam in prologo 20
recolligimus, si forte sit prolixior. itē post narrationem,
si & ipsa sese protendat: ut in oratione pro Quintio.
Porro post firmissimam argumentationem, ubi multa ar-
gumenta colliguntur. Et in cōclusione. Exempli umbrā cir-
ca prologos. ut si in fine exordij dicat: Quæ cū ita sint,

et iam pateat, qua innocētiæ fama reus ornetur, quæ de eo sit opinio integra, qui nataliū splendor, quæ in rem pub. beneficia: dubiū r elinqui non potest, quin eius causa audita iustitia, eum sitis absoluturi. Sed nunc rem ipsam narrabimus. Porrò post narrationem, ut cum prolixè narraueris, epilogabis quid reus fecerit, ubi fuerit, qua causa accusatus sit: & ita de similibus. Porrò post firmissimam argumentationem, si prolixa sit, epilogo re censemebuntur per summam omnia argumentorum capi ta, quo ordine proposita sunt: & in firmiori arguento diutius cōmoraberis, id s̄æpius repetendo, quod est multum utile. Tandem in conclusione epilogabitur, iusta se de. Est enim locus proprius epilogo, ut in conclusionem reiiciatur. Quo sic præmisso, iam docebimus, omnem epilogum tribus locis constitui, enumeratione, amplificatione, & com miseratione.

Et hæc quidem haclenus, quæ in Rhetoricam ad Herennium à Zasio prælecta extabant.


F I N I S.

A D L E C T O R E M.

Admonere te hoc quidem loco operæprecium putamus, amice Lector, si qua forte in his Zasij in Rheticam ad Herennium Commentarijs occurrent, uel minus exactè dicta, uel alioqui intricata: ne statim, quia in publicum edita uides, ad uiuum exigenda prorsus omnia arbitrere. Neque dubium nobis est, ita te omnino sententiæ nostræ accessurum: hoc est, cum ipsi auctori ZASIO (uiro nō de sua tantū professione, sed in uniuersum bonis literis optime merito) tum nobis quoq; ignoscendū esse iudicaturum: si cogites, primū quod non in hoc sunt ab ipso auctore conscripta hæc, uti ederentur aliquando, aut ita saltem ederetur, rudia sanè adhuc, & nondum absoluta: sed qualia in scholis tamen dictari cum laude ac utilitate poterant, ut præter extreman manum nihil deesse ipsis uideretur. deinde, quod doctis quibusdam, ac nominis Zasiani non parum studiosis dignissima, quæ in multorum manus uenirent, una nobiscum iudicata sunt, sedulò ad editionem hortantibus. quibus non gerere morem, ut inofficium, ita improbum quoq; duximus: maxime cum tria in hoc ipsum exemplaria suppeditarent, quorum inter se collatione sarciri, si quid parum re-

E P I S T O L A.

Cte habere uideretur, posset. Vbi tamen, iudicio no-
stro nihil omnino permittere uolumus: sed ubi ua-
riarent exemplaria, in margine addere consultius
uisum est, & ita Lectori censuram cōmittere, quam
uel immutare, uel tollere quicquā temerē. Tuum igi-
tur fuerit, Lector, & qui boni q; hic, cum Optimi ui-
ri, tum nostram quoq; operam, qua communibus flu-
dijs imprimis consultum cupimus, facere, atq; his
alijsq; Doctorum monumentis grato
animo potiri. Vale.



I N D E X.

A	47.	82	
Bieclio	72.24	Aggressio	243.18
Abrogatio legis		Agraria lex	127.20
183.1		Alacis & Ulyssis conten-	
Absolu& iuridicialis ratio	tio		122.22
210.	16	Amatorium dare, an uene-	
Absolutio	156.26. & 157.	cium dare sit	206.18
6.	& 160.6	Ambiguum 72.9. quot ma-	
Academici	252.26	dis fiat	184.2
Acursi lapsus	189.11	Ambigui status	183.22
exemplum aystati genus		Ambiguorū genera	125.2
113.	24	in Ambiguis non ferent-	
Actio	22.12.	dum iudicium	185.15
Adiuncta psonis quæ	57.25	Amphibologiæ modi	185.20
Admirabile causæ genus		Amphidoxa controuersia	
29.14	& 31.16	118.	23
Aduersarij in odium ra-		Amphyctiones	223.24
piendi ratio	49.14	Amplificationis ratio in	
Adulterā post quinquenniū		narratione	200. 21.etc.
nō posse accusari.	148.18	Anceps causæ genus	32.25
Aequi & boni ratio	215.5	Antecedentia	154.22
Aequitas tutissima legum		Apologus	70.17
interpretatio.	177.14	Apostrophes usus in exor-	
Aequiuoca	184.17.	dio	78.17. & 80.7
& 185.	24	L.Apulseius	170.2
Agapeti Rhetoris dictum		Aratores, pro oratores	
		n 81.4.	

I N D E X.

Arborum genera	28.15	quot.23.	E inde
Arduū causē genus	34.20	Aspasia	257.14
Argentarij qui	21.49	Ajsis partes	127.12
Argumenta credibilia firmi		Assumptio	246.5
ter. 241.15. propēse. 26.		Assumptiæ iuridicialis ræ	
non repugnāter	242.1	tio	228.10
Argumentatio	241.4. eius æt̄xvoi loci		161.20
dem pestes.	245.18. spe Aut disiunctiua, pro copu-		
cies	243.4	la	31.7

Argumentationis reprehē-	B
fio quatuor modis	265.20
de Argumentatione	240.15
Argumentum	87.7.
E 241. 6. E 282.9	57.2. E inde
Argumētū probabile idē q,	Biberius pro Tiberio. 71.15
præsūptio iuris	241.20 Bonæ causē per mala medi
Arion.	88.13 a defensio an licita 33.3
Arrisio	76.26 Brevis oratio quæ 94.15.
Arrogatio sub adoptione	uide Oratio.

III.	IO	C
Ars' ne an natura po-		C Allisthenis interitus
tior	3.9	76. 12
Ars, præceptio	23.2	Carneades 6.15
E 64.	13	Causa quid 7.15
Ascensius notatur	31.19	Causæ 15.1. E 24.17
Aystatorū genera	112.14	E 29. 2
		Causæ

I N D E X.

Causæ partes quæ	26.6	tur	149.20
Causæ statuum	34.25	Collectio	246.1
Causarum genera	14.24	Collocatio	21.9
quot	27.20. et 28.6.	Commentum	248.13
et 29.		2 Commiserationis à princi-	
Centumuiiri	217.20	pio mouēdæ ratio	47.3
Kōfālāmæ	145.14	Cōparabilis species	259.10
Cicero an Rheticorū ad		Comparatio quid	228.19
Herenniū autor.	11.20	Cōparatio criminis	136.4
et 25.10. et 126.3.5		Comparatio odiosa	288.18
Ciceronis scomma	74.8	Comparatiuæ constitutio-	
Civilis quæstio	5.12. du-	tionis loci quomodo tra-	
plex	13. et 6.12	candi	229.5
Ciuis bonus quis	244.13	Complexio	244.5. et 263.
Ciuitas	289.21	uitiosa quæ	292.9.
ad Clepsydram orandi mos		Comprehensio	154.9
76.		9 à Comprehensione locus	
Doctor Iuris, pro Doctor	230.		18
Iuris	71.9	Concionatorum uitium	
Cognitores	218.23.	90.4.	26
et 219.		5 Concionum sacrarum mate-	
Collatio	75.7. et 152.21. et	ria ad thesim semper	
228.21. et 229.3. et 259.		producenda, non hypo-	
19. ab exemplo quid		thesim	11.10. et 17.5
differat.	260.1	Conclusio	27.3
Collatio uoluntati includi-		Concordia	275.17
		4 2 Conduci	

I N D E X.

Conducibilius	230.14	Cōuentiōes legitime	216.3
Conſecūcio captandae bene- uolentiæ locus	58.3.25	Cornificius an Rhetorico- rum ad Herennium au-	
Continuatio	26.26	tor	11.22
Confutatio	27.2	Criminis translatio	135.
Cōiecturalis status	122.10.	12. remotio, cod. 20.	
Perfectus	171.8. imper fectus	comparatio	136.4 137.8
Coniecturarum discrimin	Culeus		133.13
154	20	D	
Coniuncta	155.7	Eclamatio	86.17
Consequētia	156.3	D Definitio à factis & à Conciliorū ratiōes.	190.1
Constitutio circa duo uersa	97.26	relictis	
tur	119.4.26	Definitio omnis in Iure ci- tuli periculosa	189.1
Constitutiones caſarum		Definitio uiolenta	190.14
quot	112.3. & 122.12	à Definitione locus	22.5.10
Confuetudo	214.1. lex non scripta	Definitionum genera	
	200.11. optima	187.	24
legū interpres	177.13	Definitiuae constitutionis	
Consuetudinis duplex ra- tio	214.20	duplex tractatio	195.22
Consultatio	7.6	Definitiuus status	187.20
Continens	138.1	et de eo plura.	192.12 an
à Continentia locus	181.18	legitimæ constitutionis	
Controuersia	7.18	species.	126.24. an legi- timus 191.1.18. an idem

I N D E X.

126.	16	Dilemma	263.7.26.
Definitiuus status mixtus		Displicina pro disciplina	
196.	10	71.	16
Definitui status exemplum		Dispositio 21.7.12. duplex.	
129.	5	à diuisioē quid differat	
Deliberatiuum genus quid,		25.18.	20
et eius partes. 16.12.18		Dissuadere	16.20
Demonstratiuum genus 15.		Distributio	108.20.
19.	eius finis. 17.1	et 109.	12.22
Depeculati	131.15	Diuisio. 104.4. rhetorica	
Depositī actio	36.2	pars 25.15. à dispositio-	
Deprecatio, deprecari 119.		ne quid differat	18
18. et 134.26. et 138.20.		Diuisio rerum	110.21
an locum habeat apud		Dolus quid	194.25.
iudicem	135.3	Dolus malus	189.23.
Deprecationis an status		Dubium causæ genus	32.
238	20	24. et 36.25. ab obscuro	
de Deprecatione 238.9.20.		quid differat. 36.25. un-	
Deprauatio	71.11	de dicatur 36.22. eius-	
Depulsio 119.17. et 122.1		dem ratio 35.8. exem-	
an semper statum fa-		plum 12. et 36.18	
ciat	120.25	Dubia quomodo soluantur	
Derogatio	183.1	184.	25.
Dialectica à rhetorica quid			
differat 1.17. et 24		E	
▲ invenitoyinēs 134.21		Gressio 26.3. causa fidei	
		et criminationis 85.5	
		u 3 lauda	

I N D E X.

<i>laudationis et appara-</i>		<i>Excaliare</i>	72.18	
<i>tionis</i>	86.3	<i>Exceptio dilatoria</i>	199.	
<i>Elocutoria. iudiciorum.</i>	2.49	<i>et peremptoria</i>	22	
<i>Elocutio</i>	21.20	<i>Exceptores</i>	179.19	
<i>Eloquentia quando utilis</i>		<i>Excessus</i>	26.2 (559.)	
<i>13.7. ubi tegenda</i>	48.15	<i>Exemplum, παράδειγμα.</i>		
<i>Eloquentia cum sapientia</i>		4.	25.260.4	
<i>coniuncta</i>	13.10.	<i>Exemplum et collatio an-</i>		
<i>Encomiasticū genus</i>	15.19.	<i>idem</i>	260.2	
<i>Enthymema quid</i>	248.13.	<i>ab Exemplo argumentum</i>		
<i>eius species</i>	250.17.	260.	8	
<i>Enthymemata pugnantia</i>		<i>Exempla quando uitiosa</i>	1	
	251.22. et 252.8. et 25.33	290.	14	
<i>Enumeratio</i>	261.17. quid	<i>Exemplis non iudicandum</i>		
<i>differat ab expositione</i>		164.	0	
<i>109.13. ab inductione</i>		<i>Exordium in re honesta</i>		
<i>262.16. à partitione</i>		<i>omitti posse</i>	38.2	
	273.	16	<i>Exordium à tempore</i>	57.9.
<i>Enumerationis uitium</i>		<i>loco. 12. habitu</i>	15. opini	
	263.	one	20	
<i>Epagoge</i>	223.6	<i>Exordium vulgare</i>	79.4.	
<i>Epicherema</i>	245.12.18	<i>commune</i>	18. <i>commuta-</i>	
<i>Epilogus</i>	292.15. ad conclu-	<i>bile</i>	80.5	
<i>sionem reiicitur</i>	293.12	<i>de Exordio uitij</i>	77.3	
<i>Epitasis</i>	257.2	<i>de Exordij precepta que-</i>		
<i>Suadendi ratio</i>	38.19	<i>dam miscellanea</i>	78.9	
		<i>Exor-</i>		

I N D E X.

E xornatio	244.4. <i>uitiosa</i>	G
289	23	(24.29)
E xornatio <i>unde sumatur</i>		G <i>Alliuox ambigua</i>
		72
E xpectatio	75.14	<i>Gallorum perfidia</i> 268.9
E xpolitio	277.7	<i>Gannire</i> 188.4
E xpositio	267.16. <i>ab e-</i>	<i>Generalis status</i> 208.8
<i>numeratione quid diffe-</i>		<i>Genus pro rei conditione</i>
<i>rat.</i>	109.13	27
E xuperatio	74.26	<i>Gratia</i> 211.19
		<i>Græcorum fides</i> 272.3
F		<i>Græcorum testium cleua-</i>
F <i>Abula</i> 70.22. <i>eius tra-</i>		<i>tio apud Ciceronem</i>
<i>ctatio in narratione</i>		
86	22	102
F acilius	230.8	
F eudorum diuisio	28.11	H
F initio	188.15	<i>Abitus corporis consi-</i>
F irmamentum	137.22	<i>deratio</i> 150.13
F ragor	122.10	<i>Hinnire</i> 188.5
F ortuna à temeritate quid		<i>Historia</i> 76.8
<i>differat</i>	276.5	<i>Historiæ in narratioue</i>
F urtum quid	195.7	<i>usus</i> 87.1
F urtum in ovo	34.4. <i>C</i>	H <i>Hostes pro peregrinis</i>
38.		178
F urti actio	193.21	1 <i>Honestū causæ genus</i> 29.
<i>in Furto animum censeri,</i>		19 <i>ex circumstantijs</i>
<i>non factum</i>	38.3	<i>maxime cognosci</i> 32.14
		<i>Honestum quid</i> 30.2
		u 4 <i>Humi</i>

I N D E X.

H umile causæ genus	33.11.	C	inde
exemplum	37.12	Inficiatio	157.21. C 222.29
H umiles personæ	23.12	Infinitio	7.6
H yperbole 75.1.oratori b .		ab Infinitione locus	237.14
utilissima	15.25	Inquisitio	17.12.
H yperbole	207.2	Inscriptio	174.23
H ypothesis 7.9. C 8.9. et		Insinuatio	59.21.eiusq; ra-
17.7. thesis, et quatenus		tio	60.62
non differant	10.2.19	Insinuatio à criminis remo-	
H ypothetica questio	7.8.	tione.64.17. à compa-	
I		ratione	66.21.
I cota & signa quo diffe-		Instrumentorum repul-	
rant	249.18	sio	102.20
I mitatio 22.25. et 23.8. qua-		Intentio	119.12.intende-
lis esse debeat 12. et 71.3		re	15
I m pensum a systati genus		Interpellatio	76.19
117.	12	Interrogationis epitasis	
I mplicitæ causæ 34.15. seu		257.	1
controversiæ	18	Inuentio difficillima	19.23
I mprudentia	74.18	Inventionis definitio	20.18
I mpulsio	151.1	Inuersio	721.59.12. C
I nductio quando uitium ha-		160.	6
beat 258.20. quid ab enu-		Ironia	73.10
meratione diff erat		Irrisio	74.5
261.	16	Judicatio	137.7. quomodo
de Inductione 225.25		nascatur	12
		Ludi-	

I N D E X.

- Iudicatio a re loci, ubi 176. 14.
 questio 143.17 Iustiniani arrogantia
 Iudicatum 214.23 278.1 ♂ 249.8
 Iudiciale genus 17.8.eius L
 partes 11.finis.13 L Audatuum genus 15.20
 Iudiciales causas ornatu ni- Legitima constitutio
 mio carere debere.80.19 122.5. ♂ 205.15.♂
 Iudicij recusatio 146.26. 172.20. ♂ 191.19
 ♂ 147. 3 Lex 213.16
 Iudicij usus, & an iudicium Leges ciuitatis anima
 rhetoricae pars 18.26. 244. 14.
 ♂ 19. 1 Leges esse æquas, non du-
 à l'ure iurando, locus 168.20 ras debere 92.8
 Iuridicalis assumptio & ra- Libertini qui 189.15
 tio 228.10. species.cod. Lis super furto duorum de-
 Iuridicalis constitutio nariorum 34.2
 134.21.♂ 210.8.inde Litis contestatio 138.4
 Iurisperditus pro iurisperi Locus quid 145.3
 to 71.23 Loci consideratio 32.18
 Ius, æqui & boni ars 175. Loci communes 145.13.
 13. ♂ 215.7 22.♂ 146.3.5.āτεχνοι
 Ius scriptum quid 189.18 161. 20
 Ius summum, summa iniu- Loci principales 146.15.
 ria 176.1 proprij. 146.11. secur-
 Iuris subdivisio 210.15 darij 145.23. approba-
 Iustinianus ἀναφέρετος tiui 24.topici.25.the
 n 5 noi

I N D E X.

- | | | |
|-----------------------------------|----------------------------|----------------------------------|
| <i>fici</i> | 146.4 | <i>Narrationis conditiones</i> |
| <i>Loci unde trahantur</i> | 93.18 | <i>ordo. 95.7.10</i> |
| 145 | 8 | <i>Narrationū genera 84.18</i> |
| <i>Locorum diuisio</i> | 145.12 | <i>Necessaria signa 561.19</i> |
| <i>M. Lutherus</i> | 211.3 | <i>à Necessitate locus 233.4</i> |
| M | | |
| <i>Mie statem minuere</i> | | <i>Nobiliū Germaniæ mos, cū</i> |
| M | | <i>magno comitatu ad iudi</i> |
| 196 | 23 | <i>cia ueniendi, unde 32.18</i> |
| <i>Maturantius taxatur</i> | | <i>Nouis non facile utendum</i> |
| 79. | 22 | 43 5 |
| <i>Μεγαλοπέτερα</i> | 100.22 | <i>Numularij qui 214.16</i> |
| <i>Mendacio quatenus uti li-</i> | | O |
| <i>cet</i> | 2.16. et 21.2 | <i>Bligatio nulla tempo-</i> |
| <i>Messalæ proœmia</i> | 48.11 | <i>ralis 246.26</i> |
| et 79 | 15 | <i>Obscurū cause genus. 29</i> |
| <i>Metonymia</i> | 27.11 | 9. et 34.10. et 36.26 |
| N | | |
| <i>Narratio 81.17. et 84.</i> | ab | <i>Obseruantia 213.1</i> |
| 10 ad quid reperita | 20. et | 225.13 |
| 83.1. an statim exordio | Odium quid ab inuidia dif- | |
| <i>subiycienda</i> | 83.25 | ferat 94.24 |
| <i>Narratio quare secundo lo-</i> | Opimus pro optimo 71. | |
| <i>co ponatur</i> | 26.1 16. et | et 72.26 |
| <i>Narratio uerisimilis 96.19</i> | Oratio brevis 94.15 | dilu- |
| <i>Narrationis amplificatio</i> | cida 66.14 | |
| 100.21. et inde | Oratio sine pronunciatio- | |
| | | ne |

I N D E X.

<i>ne mortua</i>	22.15	<i>Perspicuitas</i>	96.2
<i>Orator uir bouus,dicendi</i>		<i>Pietas</i>	211.7
<i>peritus</i>	2.17. et 14.15	<i>Platonis homo</i>	190.26
<i>Oratoris officium</i>	13.23. et	<i>Pneumaticè</i>	255.9
14.1.14. et 15.14.		<i>Poësis uiua pictura</i>	226.9
<i>Oppositio</i>	254.19	<i>Poëta an is, qui mentitur</i>	
<i>Oui furtum</i>	34.4. et 38.1	76.	2
P		<i>Positio</i>	22.9
PActum	215.8	<i>Positum</i>	7.6
Par	216.19	<i>Potestatis locus</i>	252.7
<i>wagáðe:iyuu</i>	259.4	<i>Præceptio,ars</i>	23.2
<i>Parerga</i>	26.3	<i>Prædo pro prætore</i>	71.12
<i>Partitio ab enumeratione</i>		<i>Præiudicium</i>	163.19
<i>quid differat</i>	173.16 et 167		15
<i>Partitionis uitia</i>	111.3	à <i>Præiudicijs,locus</i>	163.18
<i>Paternæ res</i>	181.5	à <i>Præsumpta autoritate lo-</i>	
<i>Peculatus,peculati</i>	131.23	<i>cus</i>	231.6
		<i>inde Præsumptio iuris</i>	24.120
<i>Peculium quid</i>	189.16 (12	<i>Principium,eiusq; causa</i>	
<i>Peregrini pro hostib.</i>	178.	35. 2 (38.23	
<i>Permutatio</i>	212.16	<i>Principiū ubi omitti posſit.</i>	
<i>in Peroratione potissima</i>		<i>Primogenitus et unigeni-</i>	
<i>ars</i>	27.5	<i>tus,idem</i>	264.12
à <i>Personæ conditione lo-</i>		<i>Probabile uoluntati includi-</i>	
<i>cus</i>	226.5	149	19
<i>Personæ dignitas</i>	97.13	<i>Prolepsis in exordio</i>	78.23
		<i>Pronomi-</i>	

I N D E X.

<i>Pronominans definitiæ</i>	8.	4
<i>constitutionis species</i>	<i>Quæstiones actiæ</i>	8.7
195.	23 à <i>Quæstionibus locus</i>	
<i>Pronnuciatio</i>	22.11 162.	24
<i>Procœmium in re honesta</i>	<i>Quoad eius fieri potest</i>	
<i>omitti posse</i>	38.23 13.	16
<i>Propositio, Maior</i>	249.21	R
<i>Propositio ratiocinationis</i>	243.	<i>Raphaël Regius taxa-</i>
	26	<i>tur</i> 189.5
<i>Propositionem quare nar-</i>		
<i>rationi præponat Ari-</i>		
<i>stoteles</i>	25.24	<i>Ratio ratiocinationis</i>
		244.
<i>Propositum</i>	7.6	<i>Ratio uitiosa que, & quo-</i>
à <i>Prouidentia, locus</i>	232.3	<i>ties</i> 275.14. & 278.4
<i>Pyrrhonij</i>	246.23	<i>Ratio uoluntatis</i> 151.10
		<i>Rationis cōfirmatio.</i> 244.
<i>Q</i>		3. à <i>Rationis inuentione, lo-</i>
<i>Q</i> <i>Valitas</i>	160.16	<i>cus</i> 178.5
<i>Q</i> <i>Quæstio</i> 4.25. & 5.5.		<i>Ratiocinatio</i> 243.11.23. &
à <i>controversia quatenus non differat</i>	10.3	245.25. <i>definitiæ cōsti-</i>
<i>Q</i> <i>uestio ciuilis</i> 5.12. du-		<i>tutioni cōiuncta</i> 206.9
plex.	6.12	<i>Ratiocinationis diuisio</i>
<i>Q</i> <i>uestio finita, que & hy-</i>		243.
<i>pothetica</i>	7.8	23
<i>Q</i> <i>uestio infinita</i> 6.13. spe		<i>Ratiocinationis status</i>
<i>culativa</i> 26. & 7.2. &	133.2.	205.13
		<i>Rationalis constitutionis</i>
		<i>dilectio</i>

I N D E X.

- | | | | |
|------------------------------------|---------------------------------|-----------------------------|-------------|
| <i>diuīſio</i> | 208.11 | <i>Rhetorica utilis'ne</i> | 3.22 |
| <i>Rationalis ſtatus etiam ge-</i> | | <i>Rhetoricæ materia</i> | 4.5.ꝝ |
| <i>neralis</i> | 208.8.10 | 13.23.ꝝ 34.15. <i>finis</i> | 4. |
| <i>Reconuentiones</i> | 171.20 | 15. <i>partes</i> | 17.20.ꝝ 18. |
| <i>Recusatio iudicij</i> | 146.26. | 6. <i>officia</i> | 27.10 |
| <i>inde. à translatione</i> | | <i>Rheticam uſu absolui</i> | |
| <i>quid differat</i> | 199.10 | 19 | 10 |
| <i>Religio</i> | 211.1.ꝝ 193.4 | <i>Rheticorum ad Heren-</i> | |
| <i>Religio personata Deo non</i> | | <i>nium autor Cicero</i> | 11. |
| <i>placet</i> | 247.3 | 20. | ꝝ 25.10 |
| <i>Remotio criminis</i> | 135.20. à <i>Rumorib. locus</i> | 167.24 | |
| 222 | 11 | S | |
| <i>Remp. lādere quid</i> | 226.14 | S acrilegium | 190.5.9 |
| <i>Repetitio quando neceſſa-</i> | | Sacrilegij criminē qui | |
| <i>ria</i> | 39.10 | teneatur | 193.10 |
| <i>Reprehensio quid à uiola-</i> | | Sallustiana breuitas | 94.1 |
| <i>tione differat</i> | 267.2 | Sapientis non est dicere, | |
| <i>Repulſio</i> | 157.12. et 222.21. | non putaram | 282.19 |
| | ꝝ 223.8. ꝝ 226.6 | Sardiuenales | 248.8 |
| <i>Retorsio</i> | 80.9 | Satis otium uel ocij | 12.25 |
| <i>Rhetoris opera</i> | 19.3 | Saturninus | 127.4. |
| <i>Rhetorica quid i. i. à Dia-</i> | | ꝝ 128. | 21. |
| <i>lectica quid differat</i> | 1.17 | Scire in iure quæ dicamur | |
| <i>Rhetorice an ars</i> | 1.9.13 | 24.1. | 22 |
| <i>naturā ne an arte con-</i> | | Scriptum | 174.22 |
| <i>ſtet magis</i> | 3.7 | ex Scripto & ſententia ſta- | |
| | | tus | |

I N D E X.

tus	173.2.20	iuridicalis	13.legiti-
Scriptura	40.11	mus	19
Sciunctio	104.10.	Status obuersus siue obtor-	
eiusmodi & circum-		tus	197.5
stantiae		codem Status quando dicatur con-	
Semibis	127.9	sistere	119.5
Senes suspiciosi	88.8	Statum circa duo uersari	
Senum narratio	91.25	119.10.	& 120.20
Sicut propositum in propo-		Status quot	112.3. & quid
sito, &c.	255.14	7. & 122.3. principales	
Signa apud Rhetores		tantum tres	255.6
149.	7	Status quatuor	191.9
Signa & icota quo diffe-		Stipulationem sine causa	
rant	249.18	nihil ualere	113.19
Signorum ratio	249.4	Stultitia	74.16
Similitudo & collatio quid		Suadere	16.19
differant	75.7	Subiectio	262.2
Simulare quatenus lice-		Sublime causæ genus	34.6
ceat	3.1	Summissio	264.21
Sonticus morbus	229.14	à Summo ad imum locus	
Sonus	112.10	154.14. & 229.24. &	
Spiritus pro sermonis con-		230.18.	& 231.3
timentia	255.11	Suspicio	73.4
Spurij an in senatum allegi		Syllogismus	205.14. cornu
possint	64.7	tus	265.7
Status cœiecturalis	120.6.	Syllogismi & epicherema-	
		tis uici-	


I N D E X.

- matis uicinitas 243.16 Transf^{io} 24.12. & 91.9
 Syllogismi natura 246.11 Translatio quid 199.9
 partes 246.1. usus & Translatio criminis 135.
 exercitatio qualis esse 12 & 234.4
 debit 247.6 Translatio obliqua 130.19
 de Syllogismo 245.25 (13 Translationis perfectae lo-
 Syllogismorum figuræ 246 ci 199.24. à moribus
 T 200.11. à pactis 13. à re-
 Abulis locus 168.12 bus iudicatis 18. Imperfe-
 Tartaretos in tarta- ciae 200.24. à loco 201.
 rum ablegandos 266.12 3. à causa 10. à qualitate
 Temeritas à fortuna quid 21. à persona 202.6. à
 differat 276.5 (14 tēpore 15. à loco. 203. 4
 Temporis cōsideratio 152. Translatiuus status 198.2
 Testi uni an credendum unde 132.10
 291 17 Translatoria exceptio
 Testium petitio, locus qui- 199 7
 bus constet 161.16 Trāspositio. 158.7. et 160.6
 Thesis 7. 4. & 8.10. & Turpæ causæ genus 29.15
 246.6. ab hypothesi Tyrannicida quis 194.2.6
 quid differat 10.2 V
 Tormentis extortæ confes- V Allataxatur 28.22
 sioni an credēdū 193.5 Vastator pro pastore
 Trapezuntius notatur 73. 71 22
 21. & 249.7. & 199. Veritas in profundo demer-
 4. & 243.6. 21 sa 20.16
 Veri-

I N D E X.

V eritas potissimum in o-	permitta	183..16
mni causa respicienda	Victus consideratio	150.6
30.	15 Vindicatio	212.17
V eritas quo simplicior, hoc	Violatio	165.21. unde di-
efficacior eius oratio	cta	266.3
39.	2 Violationis à reprehensio-	
V eritas uerborum admini-	ne separatio	266.24
culis non eget	Vitæ consideratio	150.2
V eritatis in negotijs ciuali-	Vitellij	283.10
bus duplex differen-	Vnigenitus et primogeni-	
tia	tus, idem	264.11
de Veris dubitari dupli- ter	Voluntatis causa	150.25
	20.11 Voluntatis locus	149.23
V ergilij locus	42.11. et	Z
61.19. et 87.19. et 95. 19. et 96.8. et 240.7	Ethi et Amphionis certamen	287.1
V erita fortius ligare quam		


F I N I S.



UB WIEN



+AM32464190X



www.books2ebooks.eu